This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

TRANSFER
XHM V

KC 11045

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
JOHN CHIPMAN GRAY
CLASS OF 1859
PROFESSOR OF LAW 1875-1913

Roland Gray

Ὁ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΠΟΛΕΜΟΣ

ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΑΚΟΣ.

THUCYDIDIS

BELLUM

PELOPONNESIACUM.

Ex editione WASSII et DUKERI.

TOM. VIII.

GLASGUAE:
IN AEDIBUS ACADEMICIS
EXCUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS
ACADEMIAE TYPOGRAPHI
MDCCLIX.

KC 11045

HARVARD UNIVERSITY
CLASSICAL DEPARTMENT

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
47 * 181

ΤΗΣ ΤΟΥ
ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ,
ΤΟΥ
ΟΛΟΡΟΥ,
ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ, ΤΟ ΟΓΔΟΟΝ.

THUCYDIDIS
OLORI FILII,
HISTORIAE
LIBER OCTAVUS.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ,

ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ,

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ, ΤΟ ΟΓΔΟΟΝ.

ΕΣ δὲ τὰς Αθήνας ἐπειδὴ ἠγγέλθη, ἐπιπολὺ μὲν ἠπίςυν καὶ τοῖς πάνυ τῶν ςρατιωτῶν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαπεφευγόσι, καὶ σαφῶς ἀγγέλλουσι, μὴ οὕτω γε ἂν πανσυδεὶ διεφθάρθαι· ἐπειδὴ δὲ ἔγνωσαν, χαλεποὶ μὲν ἦσαν τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ῥητόρων τὸν ἔκπλουν, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ ψηφισάμενοι, ὠργίζοντο δὲ καὶ τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι, καὶ ὁπόσοι τὶ τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν ὡς λήψονται Σικελίαν. πάντα δὲ πανταχόθεν αὐτοὺς ἐλύπει τε, καὶ περιειςήκει ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ φόβος τε καὶ κατάπληξις μεγίςη δή. ἅμα μὲν γὰρ ςερόμενοι καὶ ἰδίᾳ ἕκαςος καὶ ἡ πόλις ὁπλιτῶν τε πολ-

THUCYDIDIS

OLORI FILII,

HISTORIAE

LIBER OCTAVUS.

HOC autem *tantae cladis* nuntio Athenas allato, *Athenienſes* diu ne praecipuis quidem militibus, qui ex ipſo proelio evaſerant, et aperte nuntiarant, fidem habuerunt, ut ſic funditus everſa crederent. Sed poſtquam cognoverunt, oratoribus, qui cum aliis hanc navalem expeditionem ſtudioſe ſuaſerant, erant infenſi, quaſi *hanc* ipſi non decreviſſent; quinetiam iraſcebantur et ariolis et vatibus, et quotquot aliquid afflatu divino correpti dixerant, quo tunc ipſos in Siciliae capiendae ſpem induxerant. Undique autem omnia ipſos moerore afficiebant, et pavor animique conſternatio maxima profecto, propter id quod acciderat, *ipſos* circumſtabat. Simul enim affligtabantur, quod et privatim et publice privati eſſent et multo pe-

ditatu et equitatu, et juventute, qualem alteram ſupereſſe non videbant. Simul etiam quod viderent, non ſatis eſſe navium in navalibus, nec *ſatis* pecuniae in aerario, nec armamentorum ad nauticos uſus neceſſariorum, in praeſentia de ſua ſalute deſperabant. et hoſtes ex Sicilia cum claſſe confeſtim in Piraeeum adverſus ſe venturos arbitrabantur, praeſertim tanta victoria potitos: quinetiam hoſtes, qui in illa regione ſedes habebant, tunc certe cum bellico rerum omnium apparatu duplo majore ſuosque ſocios defectione *ab Athenienſibus facta* una cum ipſis jam totis viribus, terra marique *ſuam rempublicam* oppugnaturos. Veruntamen (ut in praeſenti rerum ſtatu facultas dabatur) viſum eſt non oportere ſuccumbere: ſed et claſſem parare, materia et pecunia unde poſſent comparata; et ſocios praeſidiis firmare, et praecipue Euboeam; et res urbanas aliqua ex parte corrigere ſumtusque minuere; et creare *etiam placuit* aliquem Magiſtratum ſeniorum, qui de praeſenti rerum ſtatu, dum *adhuc* tempus opportunum eſſet, ante

λῶν καὶ ἱππέων, καὶ ἡλικίας οἵαν οὐχ ἑτέραν ἑώρων ὑπάρχουσαν, ἐβαρύνοντο· ἅμα δὲ ναῦς οὐχ ὁρῶντες ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἱκανὰς, οὐδὲ χρήματα ἐν τῷ κοινῷ, οὐδ᾽ ὑπηρεσίας ταῖς ναυσὶν, ἀνέλπιστοι ἦσαν ἐν τῷ παρόντι σωθήσεσθαι. τοὺς τε ἀπὸ τῆς Σικελίας πολεμίους εὐθὺς σφίσιν ἐνόμιζον τῷ ναυτικῷ ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλευσεῖσθαι, ἄλλως τε καὶ τοσοῦτον κρατήσαντας, καὶ τοὺς αὐτόθεν πολεμίους, τότε δὴ καὶ διπλασίως πάντα παρεσκευασμένους, κατὰ κράτος ἤδη καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης ἐπικείσεσθαι, καὶ τοὺς ξυμμάχους σφῶν μετ᾽ αὐτῶν ἀποστάντας ὅμως δὲ, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι, ἀλλὰ παρασκευάζεσθαι καὶ ναυτικὸν, ὅθεν ἂν δύνωνται ξύλα ξυμπορισαμένους καὶ χρήματα, καὶ τὰ τῶν ξυμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, καὶ μάλιστα τὴν Εὔβοιαν, τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν τι ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι. καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων

ὡς ἂν καιρὸς ᾖ προβȣλεύσωσι. πάντα τε πρὸς τὸ παραχρῆμα περιδεὲς ὅπερ φιλεῖ δῆμος ποιεῖν, ἕτοιμοι ἦσαν εὐτακτεῖν. καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐποίȣν ταῦτα, καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

β'. Τȣ̃ δ' ἐπιγιγνομένȣ χειμῶνος, πρὸς τὴν ἐκ τῆς Σικελίας τῶν Ἀθηναίων μεγάλην κακοπραγίαν εὐθὺς οἱ Ἕλληνες πάντες ἐπηρμένοι ἦσαν· οἱ μὲν μηδετέρων ὄντες ξύμμαχοι, ὡς ἤν τις καὶ μὴ παρακαλῇ σφᾶς, ȣ̓κ ἀποστατέον ἔτι τȣ̃ πολέμȣ εἴη, ἀλλ' ἐθελοντὶ ἰτέον ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίȣς· νομίσαντες κἂν ἐπὶ σφᾶς ἕκαστοι ἐλθεῖν αὐτȣ̀ς εἰ τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ κατώρθωσαν, καὶ ἅμα ἡγούμενοι βραχὺν ἔσεσθαι τὸν λοιπὸν πόλεμον, ȣ̃ μεταχεῖν καλὸν εἶναι· οἱ δ' αὐτῶν Λακεδαιμονίων ξύμμαχοι, ξυμπροθυμηθέντες ἐπιπλέον ἢ πρὶν ἀπαλλάξασθαι διὰ τάχȣς πολλῆς ταλαιπωρίας. μάλιστα δὲ οἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἕτοιμοι ἦσαν καὶ παρὰ δύναμιν αὐτῶν

caeteros omnes conſultarent. Denique (quod vulgus facere ſolet) propter praeſentis metus magnitudinem ad omnia recte adminiſtranda parati erant. Ut autem haec ipſis viſa ſunt, ſic etiam fecerunt: atque haec aeſtas exceſſit.

2. Inſequenti autem hyeme, propter res ab Athenienſibus in Sicilia adeo male geſtas, univerſi Graeci protinus animis erecti fuerunt. Et illi quidem, qui neutrorum erant ſocii, a bello nequaquam amplius abſtinendum, vel ſi nullus ipſos rogaret, ſed adverſus Athenienſes ultro eundum *cenſebant*. Singuli enim illos, ſi rem in Sicilia feliciter geſſiſſent, etiam adverſus ſe venturos fuiſſe exiſtimabant: ſimul etiam reliquum bellum breve futurum ducebant, cujus ſe participes eſſe, praeclarum *ſibi* fore *putabant*. Qui vero Lacedaemoniorum erant ſocii, ſimul omnes longe majore ſtudio, quam ante, multis aerumnis celeriter liberari cupiebant. Praecipue vero qui Athenienſium imperio parebant, vel ſupra vires ad defectionem ab ipſis *Athenienſibus* faciendam erant parati,

quod animi impetu *ac libidine caeca* de rebus judicarent, nec ullum rationi locum amplius relinquerent; quippe qui *putarent fore, ut* inſequenti aeſtate *Athenienſes* ſuperarent. Lacedaemoniorum vero civitas, cum propter haec omnia fiduciam concipiebat, tum vero praecipue, quod Siculi ſocii cum magnis copiis, claſſis acceſſione jam neceſſario facta, ineunte ſtatim vere, ut erat veriſimile, *ipſis* praeſto futuri eſſent. Itaque cum undique bonam ſpem haberent, abjecta omni cunctatione bellum capeſſere ſtatuerunt: ſecum reputantes, ſi hoc *bellum* felicem exitum habuiſſet, ſe in poſterum et hujusmodi periculis liberatum iri, cujusmodi fuiſſet et illud, quod ipſis ab Athenienſibus creatum fuiſſet, ſi res Siculas in ſuam poteſtatem redegiſſent. Et illis everſis, futurum, ut totius Graeciae imperium tuto jam obtinerent.

3. Confeſtim igitur Agis eorum rex, hac hyeme cum quodam exercitu ex Decelea profectus, pecuniam a ſociis ad claſ-

ἀφίςασθαι, διὰ τὸ ὀργῶντες κρίνειν τὰ πράγματα, καὶ μηδ᾽ ὑπολείπειν λόγον αὐτοῖς, ὡς τό γ᾽ ἐπιὸν θέρος οἷοί τ᾽ ἔσονται περιγενέσθαι. ἡ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις πᾶσι τε τούτοις ἐθάρσει, καὶ μάλιςα ὅτι οἱ ἐκ τῆς Σικελίας αὐτοῖς ξύμμαχοι πολλῇ δυνάμει, κατ᾽ ἀνάγκην ἤδη τοῦ ναυτικοῦ προσγεγενημένου, ἅμα τῷ ἦρι, ὡς εἰκὸς, παρέσεσθαι ἔμελλον. πανταχόθεν τε εὐέλπιδες ὄντες, ἀπροφασίςως ἅπτεσθαι διενοοῦντο τοῦ πολέμου· λογιζόμενοι, καλῶς τελευτήσαντος αὐτοῦ, κινδύνων τε τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἂν τὸ λοιπὸν οἷος καὶ ὁ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων περιέςη ἂν αὐτοὺς εἰ τὸ Σικελικὸν προσέλαβον· καὶ καθελόντες ἐκείνους, αὐτοὶ τῆς πάσης Ἑλλάδος ἤδη ἀσφαλῶς ἡγήσεσθαι.

γ΄. Εὐθὺς οὖν Ἄγις μὲν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ ὁρμηθεὶς ςρατῷ τινὶ ἐκ Δεκελείας, τά τε τῶν ξυμμάχων

ἠργυρολόγησεν ἐς τὸ ναυτικὸν, καὶ τραπόμενος ἐπὶ τȣ̃ Μηλιέως κόλπȣ, Οἰταίων τε, κατὰ τὴν παλαιὰν ἔχθραν, τῆς λείας τὴν πολλὴν ἀπολαβὼν, χρήματα ἐπράξατο, ϗ Αχαιȣ̀ς τȣ̀ς Φθιώτας ϗ τȣ̀ς ἄλλȣς τȣ̀ς ταύτῃ Θεσσαλῶν ὑπηκόȣς, μεμφομένων ϗ ἀκόντων Θεσσαλῶν, ὁμήρȣς τέ τινας ἠνάγκασε δȣ̃ναι ϗ χρήματα. ϗ κατέθετο τȣ̀ς ὁμήρȣς ἐς Κόρινθον, ἔς τε τὴν ξυμμαχίαν ἐπειρᾶτο προσάγειν. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὴν πρόσταξιν ταῖς πόλεσιν ἑκατὸν νεῶν τῆς ναυπηγίας ἐποιȣ̃ντο· καὶ ἑαυτοῖς μὲν ϗ Βοιωτοῖς πέντε ϗ εἴκοσιν ἑκατέροις ἔταξαν, Φωκεῦσι δὲ ϗ Λοκροῖς, πεντεκαίδεκα, ϗ Κορινθίοις, πεντεκαίδεκα· Αρκάσι δὲ ϗ Πελληνεῦσι ϗ Σικυωνίοις, δέκα· Μεγαρεῦσι δὲ ϗ Τροιζηνίοις ϗ Επιδαυρίοις ϗ Ἑρμιονεῦσι, δέκα. τά τε ἄλλα παρεσκευάζοντο ὡς εὐθὺς πρὸς τὸ ἔαρ ἑξόμενοι τȣ̃ πολέμȣ.

δ΄. Παρεσκευάζοντο δὲ ϗ Αθηναῖοι, ὥσ-

ſem comparandam exegit; et ad Maliacum ſinum deflectens, ob vetuſtas inimicitias ingentem Oetaeorum praedam egit, et *ex ea* pecuniam collegit. Achaeos quoque Phthiotas, aliosque populos, qui Theſſalorum imperio in illa regione parebant, conquerentibus ac invitis Theſſalis, obſides quosdam ac pecuniam dare coëgit. Et obſides Corinthi depoſuit, et *Corinthios* in ſocietatem adducere conabatur. Lacedaemonii porro, centum naves aedificandas *ſociis* civitatibus imperarunt. Atque ſibi quidem ipſis ac Boeotis, quinas et vicenas utrisque faciendas aſſignarunt; Phocenſibus vero et Locris, quindecim; et Corinthiis, quindecim; Arcadibus et Pellenenſibus et Sicyoniis, decem; Megarenſibus et Troezeniis et Epidauriis et Hermionenſibus, decem. Caetera quoque comparabant, ut ſub veris initium protinus inituri bellum.

4. Per hanc ipſam hyemem Athenien-

ſes quoque, quemadmodum conſtituerant, aedificandis navibus operam dederunt, materia comparata, et Sunio munito, ut naves, quae commeatum ipſis ſubveherent, tuto circumveherentur. Et munitionem in agro Laconico, quam in Siciliam trajicientes exſtruxerant, deſeruerunt; caeterosque ſumtus, ſi quis in res inutiles fieri videbatur, conduxerunt. Sed in primis proſpiciebant, ne ſocii a ſe deficerent.

5. Dum autem haec utrique facerent, ipſoque *renovandi* belli apparatu nullam aliam ſpeciem praeberent, quam eorum, *qui tunc primum bellum* inciperent, primi *omnium* Euboënſes ad Agin hac hyeme legatos de defectione ab Athenienſibus faciendа miſerunt. Ille vero, cum eorum orationem admiſiſſet, Lacedaemone accerſivit Alcamenem Sthenelaidae *filium* et Melanthum, *duos civitatis* principes, ut in Euboeam *eos mitteret.* Illi vero cum trecentis libertis in civitatem nuper adſcriptis venerunt, et *Agis* transitum ipſis praeparabat.

-περ διενοήθησαν, ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ τήν τε ναυπηγίαν, ξύλα ξυμποριστάμενοι, καὶ Σούνιον τειχίσαντες, ὅπως αὐτοῖς ἀσφάλεια ταῖς σιταγωγοῖς ναυσὶν εἴη τοῦ περίπλου. καὶ τό, τε ἐν τῇ Λακωνικῇ τείχισμα ἐκλιπόντες, ὃ ἐνῳκοδόμησαν παραπλέοντες ἐς Σικελίαν, καὶ τὰ ἄλλα, εἴπου τὶ ἐδόκει ἀχρεῖον ἀναλίσκεσθαι, ξυστελλόμενοι ἐς εὐτέλειαν· μάλιστα δὲ τὰ τῶν ξυμμάχων διασκοποῦντες ὅπως μὴ σφῶν ἀποστήσωνται.

ε'. Πρασσόντων δὲ ταῦτα ἀμφοτέρων, καὶ ὄντων οὐδὲν ἄλλο ἢ ὥσπερ ἀρχομένων [ἐν] τῇ κατασκευῇ τοῦ πολέμου, πρῶτοι Εὐβοεῖς ὡς Ἄγιν περὶ ἀποστάσεως τῶν Αθηναίων ἐπρεσβεύσαντο ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ. ὁ δὲ, προσδεξάμενος τοὺς λόγους αὐτῶν, μεταπέμπεται ἐκ Λακεδαίμονος Αλκαμένην τὸν Σθενελαΐδου καὶ Μέλανθον, ἄρχοντας, [ὡς] ἐς τὴν Εὔβοιαν. οἱ δ' ἦλθον ἔχοντες τῶν Νεοδαμωδῶν ὡς τριακοσίους, καὶ παρεσκεύαζεν αὐτοῖς τὴν διά-

βασιν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ Λέσβιοι ἦλθον, βουλόμενοι καὶ αὐτοὶ ἀποστῆναι. καὶ ξυμπρασσόντων αὐτοῖς τῶν Βοιωτῶν, ἀναπείθεται Αγις ὥστε Εὐβοίας μὲν πέρι ἐπισχεῖν, τοῖς δὲ Λεσβίοις παρεσκεύαζε τὴν ἀπόστασιν, Αλκαμένει τε ἁρμοστὴν διδοὺς, ὃς ἐς Εὔβοιαν πλεῖν ἔμελλε. καὶ δέκα μὲν Βοιωτοὶ ναῦς ὑπέσχοντο, δέκα δὲ Αγις. καὶ ταῦτα ἄνευ τῆς Λακεδαιμονίων πόλεως ἐπράσσετο. ὁ γὰρ Αγις ὅσον χρόνον ἦν περὶ Δεκέλειαν, ἔχων τὴν μεθ' ἑαυτοῦ δύναμιν, κύριος ἦν καὶ ἀποστέλλειν εἴποι τινα ἐβούλετο στρατιὰν, καὶ ξυναγείρειν, καὶ χρήματα πράσσειν. καὶ πολὺ μᾶλλον, ὡς εἰπεῖν, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν αὐτοῦ οἱ ξύμμαχοι ὑπήκουον ἢ τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων. δύναμιν γὰρ ἔχων αὐτὸς ἑκασταχόσε δεινὸς παρῆν. καὶ ὁ μὲν τοῖς Λεσβίοις ἔπρασσε. Χῖοι δὲ καὶ Ερυθραῖοι, ἀποστῆναι καὶ αὐτοὶ ἕτοιμοι ὄντες, πρὸς μὲν Αγιν οὐκ ἐτράποντο, ἐς δὲ τὴν Λακε-

Interea etiam et Lesbii venerunt, quod et ipſi defectionem *ab Athenienſibus* facere vellent. Boeotis autem eos adjuvantibus, Agis *eorum verbis* adductus eſt, ut res quidem Euboicas intermitteret; Lesbios vero in defectione facienda juvaret, et res ad eam neceſſarias praepararet, et Alcamenem praefectum *ipſis* daret, qui in Euboeam navigaturus erat. Atque Boeoti quidem decem naves polliciti ſunt, Agis vero decem. Haec autem ignara civitate Lacedaemoniorum transacta ſunt. Agis enim, quamdiu cum ſuis copiis apud Deceleam egit, jus habuit et copias mittendi, ſi quo vellet, et contrahendi, et pecunias exigendi. Atque tunc temporis vel multo magis (ut ita loquar) ei, quam *caeteris* Lacedaemoniis, qui in urbe erant, ſocii parebant. Quod enim exercitum ſecum haberet, quocunque ſe contuliſſet formidabilis aderat. Et hic quidem Lesbiis operam dabat. Chii etiam et Erythraei, cum et ipſi ad defectionem faciendam eſſent parati, non ad Agin, ſed ad ipſam Lacedaemoniorum civitatem ſe con-

verterunt. Cum ipſis etiam *illuc* ivit legatus, *miſſus* a Tiſſapherne, qui regis Darii Artaxerxis *filii* praetor inferioris provinciae erat. Nam et Tiſſaphernes Peloponneſios incitabat, et pollicebatur, ſe ſtipendium praebiturum. Nuper enim a rege impetraverat tributa ſuae provinciae, quae *regi* debuerat, quod *ea*, propter Athenienſes, a Graecis civitatibus exigere non potuiſſet. Exiſtimabat igitur, ſe facilius *in poſterum* tributa recepturum, ſi Athenienſes *bello* vexaſſet; ſimul etiam ſe Lacedaemoniorum ſocietatem regi conciliaturum, et Amorgen Piſſuthnae filium nothum, qui defectionem *a rege* circa Cariam fecerat, quemadmodum ipſi rex imperaverat, aut vivum adducturum, aut interfecturum. Chii igitur et Tiſſaphernes communi hac in re conſilio agebant.

6. Sub idem autem tempus Calligetus Laophontis, Megarenſis, et Timagoras Athenagorae *filius*, Cyzicenus, ſua uterque *patria* extorris, qui apud Pharnabazum Pharnabaci *filium* habitabant, Lacedaemo-

δαίμονα. καὶ παρὰ Τισαφέρνους, ὃς βασιλεῖ Δαρείῳ τῷ Αρταξέρξου στρατηγὸς ἦν τῶν κάτω, πρεσβευτὴς ἅμα μετ' αὐτῶν παρῆν. ἐπήγελο γὰρ καὶ ὁ Τισαφέρνης τοὺς Πελοποννησίους, καὶ ὑπισχνεῖτο τροφὴν παρέξειν. ὑπὸ βασιλέως γὰρ νεωστὶ ἐτύγχανε πεπραγμένος τοὺς ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς φόρους, οὓς δι' Αθηναίους ἀπὸ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οὐ δυνάμενος πράσσεσθαι, ἐπωφείλησε. τούς τε οὖν φόρους μᾶλλον ἐνόμιζε κομιεῖσθαι, κακώσας τοὺς Αθηναίους, καὶ ἅμα βασιλεῖ ξυμμάχους Λακεδαιμονίους ποιήσειν, καὶ Αμόργην τὸν Πισσούθνου υἱὸν νόθον, ἀφεστῶτα περὶ Καρίαν, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε βασιλεὺς, ἢ ζῶντα ἄξειν, ἢ ἀποκτείνειν. οἱ μὲν οὖν Χῖοι καὶ Τισαφέρνης κοινῇ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔπρασσον.

ϛʹ. Καλλίγειτος δὲ ὁ Λαοφῶντος, Μεγαρεὺς, καὶ Τιμαγόρας ὁ Αθηναγόρου, Κυζικηνὸς, φυγάδες τῆς ἑαυτῶν ἀμφότεροι, παρὰ Φαρναβάζῳ τῷ Φαρναβάκου κατοι-

κοῦντες, ἀφικνοῦνται περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, πέμψαντος Φαρναβάζου, ὅπως ναῦς κομίσειαν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ αὐτὸς, εἰ δύναιτο (ἅπερ ὁ Τισσαφέρνης προὐθυμεῖτο) τάς τε ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ πόλεις ἀποστήσειε τῶν Ἀθηναίων, διὰ τοὺς φόρους, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ βασιλεῖ τὴν ξυμμαχίαν τῶν Λακεδαιμονίων διὰ ταχέων ποιήσειε. πρασσόντων δὲ ταῦτα χωρὶς ἑκατέρων, τῶν τε ἀπὸ τοῦ Φαρναβάζου καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Τισσαφέρνους, πολλὴ ἅμιλλα ἐγίγνετο τῶν ἐν τῇ Λακεδαίμονι, ὅπως οἱ μὲν ἐς τὴν Ἰωνίαν καὶ Χίον, οἱ δ' ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πρότερον ναῦς καὶ στρατιὰν πείσωσι πέμπειν. οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι τὰ τῶν Χίων καὶ Τισσαφέρνους παραπολὺ προσεδέξαντο μᾶλλον. ξυνέπρασσε γὰρ αὐτοῖς καὶ Ἀλκιβιάδης, Ενδίῳ ἐφορεύοντι πατρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν· ὅθεν καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν κατὰ τὴν ξενίαν ἔσχεν. Ενδιος γὰρ Ἀλκιβιάδου

nem venerunt, a Pharnabazo miſſi, ut naves in Helleſpontum transportarent; utque ipſe quoque, ſi poſſet, *eadem impetraret*, (quae Tiſſaphernes contendebat) et civitates in ſua provincia ſitas ab Athenienſibus per defectionem alienaret propter tributa, operaque ſua Lacedaemoniorum ſocietatem regi celeriter conciliaret. Cum autem utrique ſeparatim haec agerent, qui a Pharnabazo, et qui a Tiſſapherne miſſi fuerant, ingens concertatio inter Lacedaemonios exſtitit: his quidem, ut in Ioniam et Chium; illis vero, ut in Helleſpontum claſſis et exercitus prius mitteretur, perſuadere nitentibus. Lacedaemonii tamen Chiorum et Tiſſaphernis poſtulata multo lubentius admiſerunt. Nam et Alcibiades eos adjuvabat, qui Endio *tunc* Ephori magiſtratum gerenti erat arctiſſimo hoſpitalis amicitiae vinculo junctus, quae a patre coeperat: unde propter hoſpitium, illorum familia nomen etiam Laconicum obtinuit. Endius enim Alcibiadis *filius* appellabatur. Lacedaemonii ta-

men Phrynin hominem Chiis vicinum in Chium prius miſerunt, ut exploraret, an et naves tot ipſis eſſent, quot dicebant, et an caeteras facultates urbs *illorum* haberet, quas fama erat eam habere. Cum autem ille ipſis renunciaſſet, haec vera eſſe, quae audierant, confeſtim et Chios et Erythraeos in ſocietatem receperunt. Et quadraginta naves ipſis mittendas decreverunt, quod non minus quam ſexaginta illic eſſent, ex illis *ſociis civitatibus contractae*, quas Chii dicebant. Atque primum quidem ex iſtis *quadraginta*, decem erant miſſuri, et Melancridam, qui ipſorum navarchus erat. Deinde *vero* cum terraemotus extitiſſet, pro Melancrida Chalcideum miſerunt, et pro decem navibus quinque *tantum* in Laconica praepararunt. Et haec hyems exiit, hujusque belli, quod Thucydides conſcripſit, undeviceſimus annus exceſſit.

7. Ineunte autem vere, ſtatim; Chiis inſtantibus, ut naves *ſibi* mitterentur, et metu-

ἐκαλεῖτο. ὅμως δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρῶτον κατάσκοπον ἐς τὴν Χίον πέμψαντες Φρύνιν, ἄνδρα περίοικον, εἰ αἵ τε νῆες αὐτοῖς εἰσὶν ὅσας περ ἔλεγον, καὶ τὰ ἄλλα ἡ πόλις ἱκανή ἐστι πρὸς τὴν λεγομένην δόξαν· ἀπαγγείλαντος αὐτοῖς ὡς εἴη ταῦτα ἀληθῆ ἅπερ ἤκουον, τούς τε Χίους καὶ τοὺς Ερυθραίους εὐθὺς ξυμμάχους ἐποιήσαντο· καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἐψηφίσαντο αὐτοῖς πέμπειν, ὡς ἐκεῖ οὐκ ἔλασσον ἢ ἑξήκοντα, ἀφ᾽ ὧν οἱ Χῖοι ἔλεγον, ὑπαρχουσῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον δέκα τούτων αὐτοῖς ἔμελλον πέμπειν, καὶ Μελαγκρίδαν, ὃς αὐτοῖς ναύαρχος ἦν. ἔπειτα, σεισμοῦ γενομένου, ἀντὶ τοῦ Μελαγκρίδου Χαλκιδέα ἔπεμπον, καὶ ἀντὶ τῶν δέκα νεῶν πέντε παρεσκευάζοντο ἐν τῇ Λακωνικῇ. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ ἑνὸς δέον εἰκοστὸν ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

ζ΄. Τοῦ δ᾽ ἐπιγιγνομένου θέρους, εὐθὺς ἐπειγομένων τῶν Χίων ἀποστεῖλαι τὰς

ναῦς, κ) δεδιότων μὴ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ πρασσόμενα αἴσθωνται, (πάντες γὰρ κρύφα αὐτῶν ἐπρεσβεύοντο) ἀποπέμπȣσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἄνδρας Σπαρτιάτας ἐς Κόρινθον τρεῖς, ὅπως ἀπὸ τῆς ἑτέρας θαλάσσης ὡςτάχιϛα ἐπὶ τὴν πρὸς τὰς Ἀθήνας ὑπερενεγκόντες τὰς ναῦς τὸν ἰσθμὸν, κελεύσωσι πλεῖν ἐς Χίον πάσας, κ) ἃς ὁ Ἄγις παρεσκεύαζεν ἐς τὴν Λέσβον, κ) τὰς ἄλλας. ἦσαν δὲ αἱ ξύμπασαι τῶν ξυμμαχικῶν νῆες αὐτόθι μιᾶς δέȣσαι τεσσαράκοντα.

η'. Ὁ μὲν ȣ̃ν Καλλίγειτος κ) Τιμαγόρας ὑπὲρ τȣ̃ Φαρναβάζȣ ȣ̓κ ἐκοινωνȣ̃ντο τὸν ϛόλον ἐς τὴν Χίον, ȣ̓δὲ τὰ χρήματα ἐδίδοσαν ἃ ἦλθον ἔχοντες ἐς τὴν ἀποϛολὴν, πέντε κ) εἴκοσι τάλαντα, ἀλλ' ὕϛερον ἐφ' ἑαυτῶν διενοȣ̃ντο ἄλλῳ ϛόλῳ πλεῖν. ὁ δὲ Ἄγις, ἐπειδὴ ἑώρα τȣ̀ς Λακεδαιμονίȣς ἐς τὴν Χίον πρῶτον ὡρμημένους, ȣ̓δ' αὐτὸς ἄλλο τι ἐγίγνωσκεν, ἀλλὰ ξυνελθόντες ἐς Κόρινθον οἱ ξύμμαχοι ἐβȣλεύαντο. κ) ἔδοξε

entibus, ne Athenienſes reſciſcerent, quae agitabantur, (nam omnes clam illis legatos *Lacedaemonem* miſerant) Lacedaemonii miſerunt tres viros Spartanos Corinthum, ut quam celerrime ab altero mari, in id, quod Athenas ſpectat, navibus, per Iſthmum transvectis, omnes in Chium navigare juberent, tam eas, quas Agis praeparaverat in Lesbum *mittendas*, quam caeteras. Erant autem illic univerſae ſociarum *civitatum* naves numero undequadraginta.

8. Calligetus autem et Timagoras, Pharnabazi legati, hujus claſſis in Chium proficiſcentis participes eſſe noluerunt; neque pecunias dederunt, quas ſecum attulerant, ut claſſis mitteretur, quinque et viginti talenta, ſed poſtea per ſe cum alia claſſe navigare ſtatuerunt. Agis autem, cum vidiſſet, Lacedaemonios primum in Chium *claſſem mittere* ſtatuiſſe, ne ipſe quidem aliud cenſuit: ſed ſocii, cum Corinthum conveniſſent, conſultare coeperunt. Ipſis autem viſum eſt primum *quidem*, in Chium eſſe na-

vigandum, duce Chalcideo, qui quinque naves in Laconica praeparaverat: deinde *vero*, in Lesbum, duce Alcamene, quem etiam Agis *eo mittere* ſtatuerat: poſtremo vero, in Hellespontum proficiſci. Clearchus autem Rhamphiae *filius* claſſi praefectus fuerat. Primum autem dimidiam navium partem per Iſthmum transportandam *cenſuerunt*, et confeſtim iſtas *illuc* proficiſci *voluerunt*, ne Athenienſes animum potius adverterent ad eas, quae *tunc* proficiſcerentur, quam ad eas, quae poſtea *illuc* transportarentur. Etenim ab hac parte propalam navigare ſtatuerant, contemta Athenienſium imbecillitate, quod ipſorum nulla magna claſſis *usquam* adhuc appareret. Cum autem *hoc* ipſis placuiſſet, confeſtim etiam unam et viginti naves transportarunt.

9. Corinthii vero, quamvis ipſi *Lacedaemonii* navigationem urgerent, cum illis tamen navigare noluerunt, prius quam omnes Iſthmiorum dies feſtos, qui tunc erant, celebraſſent. Agis vero paratus erat *ad hoc ipſis concedendum*, ut ipſi quidem Iſthmica

πρῶτον ἐς Χίον αὐτοὺς πλεῖν, ἄρχοντα ἔχοντας Χαλκιδέα, ὃς ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰς πέντε ναῦς παρεσκεύασεν· ἔπειτα ἐς Λέσβον, καὶ Ἀλκαμένην ἄρχοντα, ὅνπερ καὶ Ἆγις διενοεῖτο. τὸ τελευταῖον δὲ, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀφικέσθαι. προσετέτακτο δὲ ἐς αὐτὸν ἄρχων Κλέαρχος ὁ Ῥαμφίου. διαφέρειν δὲ τὸν ἰσθμὸν τὰς ἡμίσεας τῶν νεῶν πρῶτον, καὶ εὐθὺς ταύτας ἀποπλεῖν, ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀφορμωμένας μᾶλλον τὸν νοῦν ἔχωσιν ἢ τὰς ὕστερον διαφερομένας. καὶ γὰρ τὸν πλοῦν ταύτῃ ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐποιοῦντο, καταφρονήσαντες τῶν Ἀθηναίων ἀδυνασίαν, ὅτι ναυτικὸν οὐδὲν αὐτῶν πολύ πω ἐφαίνετο. ὡς δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ διεκόμισαν εὐθὺς μίαν καὶ εἴκοσι ναῦς.

θ΄. Οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἐπειγομένων αὐτῶν τὸν πλοῦν, οὐ προεθυμήθησαν ξυμπλεῖν πρὶν τὰ Ἴσθμια, ἃ τότε ἦν, διεορτάσωσιν. Ἆγις δὲ αὐτοῖς ἕτοιμος ἦν, ἐκείνους μὲν μὴ λύειν

δὴ τὰς Ισθμιάδας σπονδάς, ἑαυτοῦ δὲ τὸν στόλον ἴδιον ποιήσασθαι. οὐ ξυγχωρούντων δὲ τῶν Κορινθίων, ἀλλὰ διατριβῆς ἐγγιγνομένης, οἱ Ἀθηναῖοι ᾔσθοντο τὰ τῶν Χίων μᾶλλον, καὶ πέμψαντες ἕνα τῶν στρατηγῶν Ἀριστοκράτην, ἐπῃτιῶντο αὐτούς. καὶ ἀρνουμένων τῶν Χίων, τὸ πιστὸν ναῦς σφίσι ξυμπέμπειν ἐκέλευον ἐς τὸ ξυμμαχικόν· οἱ δ' ἔπεμψαν ἑπτά. αἴτιον δ' ἐγένετο τῆς ἀποστολῆς τῶν νεῶν, οἱ μὲν πολλοὶ τῶν Χίων, οὐκ εἰδότες τὰ πρασσόμενα, οἱ δὲ ὀλίγοι ξυνειδότες, τό, τε πλῆθος οὐ βουλόμενοί πω πολέμιον ἔχειν, πρίν τι καὶ ἰσχυρὸν λάβωσι, καὶ τοὺς Πελοποννησίους οὐκέτι προσδεχόμενοι ἥξειν, ὅτι διέτριβον.

ί. Εν δὲ τούτῳ τὰ Ισθμια ἐγίγνετο· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι (ἐπηγγέλθησαν γάρ) ἐθεώρουν ἐς αὐτά· καὶ κατάδηλα μᾶλλον αὐτοῖς τὰ τῶν Χίων ἐφάνη. καὶ ἐπειδὴ ἀνεχώρησαν, παρεσκευάζοντο εὐθὺς ὅπως μὴ λήσωσιν αὐτοὺς αἱ νῆες ἐκ τῶν Κεγχρειῶν ἀφορμη-

foedera tunc minime rumperent, ipſe vero claſſem ſuam faceret, *ac ſuam eſſe ſimularet.* Verum cum Corinthii *hoc illi* concedere nollent, ſed mora interponeretur, Athenienſes conſilia Chiorum facilius ſenſerunt; et, Ariſtocrate, uno e ducibus, *illuc* miſſo, illos inſimularunt. Chiis autem negantibus, *Athenienſes* juſſerunt eos ex ſocietatis jure naves ſecum mittere ad fidem faciendam: illi vero, ſeptem miſerunt. Harum autem navium *ad Athenienſes* mittendarum haec fuit cauſa, quod Chiorum quidem plebs ignoraret ea, quae clam agitabantur, pauci vero, qui horum erant conſcii, plebem nondum hoſtilem habere vellent, priusquam aliquod firmum praeſidium adepti eſſent, et Peloponneſios nequaquam amplius venturos exſpectarent, quia *diutius* morabantur.

10. Interea vero Iſthmici ludi committebantur: et Athenienſes (nam *Iſthmicorum ludorum foedera* fuerant indicta) ſpectatum eos venerant: et Chiorum conſilia multo manifeſtius deprehenderunt. Et poſtquam *illinc* diſceſſerunt, confeſtim ſeſe praepararunt, ut *caverent*, ne *Corinthiorum* naves

clam ipſis ex Cenchreis proficiſcerentur. Illi vero, poſt ludos celebratos, cum una et viginti navibus, quibus praeerat Alcamenes, portu ſolventes Chium verſus ire coeperunt. Cum autem Athenienſes primum cum totidem navibus adverſus eos proceſſiſſent, *eos* in altum elicere conabantur. Sed cum ad multas horas Peloponneſii ſequi noluiſſent, ſed retro ceſſiſſent, ipſi quoque Athenienſes receſſerunt. Nam ſeptem Chiorum naves, quas in eo numero ſecum habebant, nequaquam fideles exiſtimabant; ſed poſtea aliis ſeptem et triginta inſtructis, eos terram legentes perſequuti ſunt ad Piraeum *agri* Corinthii; (eſt autem portus deſertus, et extremus, ad *agri* Epidaurici confinia ſitus) atque Peloponneſii unam navem, quae curſum in alto tenebat, amiſerunt: caeteras vero contractas, in portum deduxerunt. Cum autem Athenienſes et a mari navibus *eos* adorti fuiſſent, et in terram deſcendiſſent, ingens tumultus ac perturbatio *inter hoſtes* excitata eſt: et *illorum* pleraſque naves Athenienſes in terra laceraverunt, et Alcamenem ducem interfecerunt. Sed ip-

θεῖσαι. οἱ δὲ, μετὰ τὴν ἑορτὴν, ἀνήγοντο μιᾷ καὶ εἴκοσι ναυσὶν ἐς τὴν Χίον, ἄρχοντα Ἀλκαμένην ἔχοντες. καὶ αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι τοπρῶτον ἴσαις ναυσὶ προσπλεύσαντες, ἐπῆγον ἐς τὸ πέλαγος. ὡς δ' ἐπὶ πολὺ οὐκ ἐπηκολούθησαν οἱ Πελοποννήσιοι, ἀλλ' ἀπετράποντο, ἐπανεχώρησαν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι. τὰς γὰρ τῶν Χίων ἑπτὰ ναῦς ἐν τῷ ἀριθμῷ μετὰ σφῶν ἔχοντες, οὐ πιστὰς ἐνόμιζον, ἀλλ' ὕστερον ἄλλας προσπληρώσαντες ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, παραπλέοντας αὐτοὺς καταδιώκουσιν ἐς Πειραιὸν τῆς Κορινθίας· (ἔστι δὲ λιμὴν ἔρημος καὶ ἔσχατος πρὸς τὰ μεθόρια τῆς Ἐπιδαυρίας) καὶ μίαν μὲν ναῦν ἀπολλύασι μετέωρον οἱ Πελοποννήσιοι, τὰς δὲ ἄλλας ξυναγαγόντες ὁρμίζουσι. καὶ προσβαλόντων τῶν Ἀθηναίων καὶ κατὰ θάλασσαν ταῖς ναυσὶ, καὶ ἐς τὴν γῆν ἀποβάντων, θόρυβός τε ἐγένετο πολὺς καὶ ἄτακτος. καὶ τῶν τε νεῶν τὰς πλείους κατατραυματίζουσιν ἐν τῇ γῇ οἱ Ἀθηναῖοι,

ϗ τὸν ἄρχοντα Ἀλκαμένην ἀποκτείνουσι· ϗ αὐτῶν τινὲς ἀπέθανον.

ια΄. Διακριθέντες δὲ, πρὸς μὲν τὰς πολεμίας ναῦς ἐπέταξαν ἐφορμεῖν ἱκανάς· ταῖς δὲ λοιπαῖς ἐς τὸ νησίδιον ὁρμίζονται, ἐν ᾧ οὐ πολὺ ἀπέχοντι ἐστρατοπεδεύοντο, ϗ ἐς τὰς Ἀθήνας ἐπὶ βοήθειαν ἔπεμπον· παρῆσαν γὰρ καὶ τοῖς Πελοποννησίοις τῇ ὑστεραίᾳ οἵ τε Κορίνθιοι βοηθοῦντες ἐπὶ τὰς ναῦς, ϗ οὐ πολλῷ ὕστερον ϗ οἱ ἄλλοι πρόσχωροι. ϗ ὁρῶντες τὴν φυλακὴν ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ ἐπίπονον οὖσαν, ἠπόρουν. ϗ ἐπενόησαν μὲν κατακαῦσαι τὰς ναῦς, ἔπειτα δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς ἀνελκύσαι, καὶ τῷ πεζῷ προσκαθημένους φυλακὴν ἔχειν, ἕως ἄν τις παρατύχῃ διαφυγὴ ἐπιτηδεία. ἔπεμψε δ' αὐτοῖς ϗ Ἆγις, αἰσθόμενος ταῦτα, ἄνδρα Σπαρτιάτην Θέρμωνα. τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις πρῶτον μὲν ἠγγέλθη ὅτι αἱ νῆες ἀνηγμέναι εἰσὶν ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ (εἴρητο γὰρ, ὅταν γένηται τοῦτο, Ἀλκαμένει ὑπὸ τῶν

ſorum quoque *Athenienſium* nonnulli obierunt.

11. Cum autem *ab illis* diremti fuiſſent, naves quidem, quot ſatis eſſe videbantur, diſpoſuerunt, quae ſtationem adverſus hoſtiles obtinerent; cum reliquis vero in parvulae inſulae ſtationem ſe receperunt, in qua non multum *illinc* diſtante caſtra poſuerunt, et *nuntium* Athenas ad ſubſidium *accerſendum* miſerunt. Nam et Peloponneſiis poſtero die et Corinthii ad opem *ipſorum* navibus ferendam advenerunt, nec multo poſt et alii finitimi. Sed cum animadvertiſſent hanc *navium* cuſtodiam in loco deſerto *ſibi* laborioſam fore, *quid faciendum eſſet,* dubitabant. Et *primum* quidem naves illas incendere cogitarunt: deinde vero placuit ipſis *eas* ſubducere, et cum peditatu ad eas undique collocato tutari, donec aliqua commoda effugiendi facultas offerretur. Agis etiam, his cognitis, Thermonem, virum Spartanum, ipſis miſit. Fuerant autem et Lacedaemonii jam ante certiores facti de navium diſceſſu ab Iſthmo (Alcameni enim ab Ephoris imperatum fuerat, ut, quum hoc fieret, equitem mitteret, *qui claſſis diſceſſum*

ipſis ſignificaret:) et ſtatim quinque naves, quas apud ſe habebant, et Chalcideum ducem, et Alcibiadem cum eo mittere volebant. Deinde vero cum iſti *ad profectionem animis eſſent propenſis, et Chium petere* properarent, *interea Lacedaemoniis* allatus eſt nuntius de *Peloponneſiacis* navibus, quae in Piraeum fuga ſe receperant. Quamobrem animis conſternati, quod in Ionico bello tunc primum ſuſcepto offendiſſent, claſſem, quam ex ſuo *agro ſe miſſuros promiſerant*, haud amplius mittere, imo vero vel nonnullas *naves*, quae jam diſceſſerant, revocare ſtatuerunt.

12. Quod cum intellexiſſet Alcibiades, rurſus Endio caeteriſque Ephoris perſuaſit, ne per metum a claſſe mittenda deſiſterent: dicens, ſe prius *illuc* venturos, quam Chii claſſis cladem ſentirent; et ſe, ubi ad Ioniam appuliſſet, facile civitatibus perſuaſurum, ut *ab illis* deficerent. Se enim Athenienſium imbecillitatem, et Lacedaemoniorum *in illas* ſtudium *ipſis* commemoraturum: majorem enim *ſibi* quam aliis fidem *ab illis* habitum iri. Quinetiam ipſi Endio privatim dixit, praeclarum *ipſi* fore, ſi per ipſum et

Ἐφόρων, ἱππέα πέμψαι) καὶ εὐθὺς τὰς παρὰ σφῶν πέντε ναῦς καὶ Χαλκιδέα ἄρχοντα καὶ Ἀλκιβιάδην μετ' αὐτοῦ ἐβούλοντο πέμπειν· ἔπειτα ὡρμημένων αὐτῶν, τὰ περὶ τὴν ἐν τῷ Πειραιῷ τῶν νεῶν καταφυγὴν ἠγγέλθη. καὶ ἀθυμήσαντες ὅτι πρῶτον ἁπτόμεναι τοῦ Ἰωνικοῦ πολέμου ἔπταισαν, τὰς ναῦς [τὰς] ἐκ τῆς ἑαυτῶν οὐκέτι διενοοῦντο πέμπειν, ἀλλὰ καί τινας προανηγμένας μετακαλεῖν.

ιϛʹ. Γνοὺς δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης πείθει αὖθις Ἔνδιον καὶ τοὺς ἄλλους Ἐφόρους μὴ ἀποκνῆσαι τὸν πλοῦν, λέγων ὅτι φθήσονται πλεύσαντες πρὶν τὴν τῶν νεῶν συμφορὰν Χίους αἰσθέσθαι, καὶ αὐτὸς ὅταν προσβάλῃ Ἰωνίᾳ, ῥᾳδίως πείσειν τὰς πόλεις ἀφίστασθαι· τήν τε Ἀθηναίων λέγων ἀσθένειαν, καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων προθυμίαν. πιστότερον γὰρ ἄλλων φανεῖσθαι. Ἐνδίῳ τε αὐτῷ ἰδίᾳ ἔλεγε καλὸν εἶναι δι' ἐκείνου ἀποστῆσαί τε Ἰωνίαν, καὶ βασιλέα

ξύμμαχον ποιῆσαι Λακεδαιμονίοις, ϗ μὴ Αγιδος τὸ ἀγώνισμα τȣ̃το γενέϑαι. ἐτύγχανε γὰρ τῷ Αγιδι αὐτὸς διάφορος ὤν. ϗ ὁ μὲν πείσας τȣ̀ς τε ἄλλȣς Εφόρȣς καὶ Ενδιον, ἀνήγετο ταῖς πέντε ναυσὶ μετὰ Χαλκιδέως τȣ̃ Λακεδαιμονίȣ. καὶ διὰ τάχȣς τὸν πλȣ̃ν ἐποιȣ̃ντο.

ιγ΄. Ανεκομίζοντο δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον τȣ̃τον ϗ αἱ ἀπὸ τῆς Σικελίας Πελοποννησίων ἑκκαίδεκα νῆες, αἱ μετὰ Γυλίππȣ ξυμπολεμήσασαι, καὶ περὶ τὴν Λευκαδίαν ἀποληφθεῖσαι, καὶ κοπεῖσαι ὑπὸ τῶν Ατ]ικῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νεῶν, ὧν ἦρχεν Ἱπποκλῆς Μενίππȣ, φυλακὴν ἔχων τῶν ἀπὸ τῆς Σικελίας νεῶν. αἱ γὰρ λοιπαὶ, πλὴν μιᾶς, διαφυγȣ̃σαι τȣ̀ς Αθηναίȣς, κατέπλευσαν ἐς τὴν Κόρινθον.

ιδ΄. Ὁ δὲ Χαλκιδεὺς καὶ ὁ Αλκιβιάδης πλέοντες, ὅσοις τε ἐπιτύχοιεν ξυνελάμβανον, τȣ̃ μὴ ἐξάγγελτοι γενέϑαι· ϗ προσβαλόντες πρῶτον Κωρύκῳ τῆς ἠπείρȣ, ϗ

Ionia deficeret, et regis ſocietas Lacedaemoniis conciliaretur, nec Agidis hoc praeclarum facinus eſſet. Alcibiades enim Agidi erat inimicus. Hic igitur cum et caeteris Ephoris et Endio *rem* perſuaſiſſet, cum quinque navibus et Chalcideo Lacedaemonio disceſſit: et navigationis curſum celeriter confecerunt.

13. Per hoc autem idem tempus, ex Sicilia ſe *domum* recipiebant, et ſexdecim illae Peloponneſiorum naves, quae duce Gylippo *Syracuſanos* in bello gerendo adjuverant, et quae circa Leucadiam deprehenſae fuerant, et vexatae a ſeptem et viginti Atticis navibus, quibus praeerat Hippocles Menippi *filius*, qui claſſis ex Sicilia *redeuntis* reditum obſervabat. Nam caeterae, praeter unam, Athenienſibus devitatis, Corinthum appulerant.

14. Chalcideus autem et Alcibiades inter navigandum, omnes, in quos incidiſſent, comprehendebant, ne ipſorum navigatio palam fieret: et cum ad Corycum in conti-

nente *ſitum* appuliſſent, et ipſos hic dimiſiſſent, ipſi quidem prius congreſſi cum nonnullis Chiorum, qui conjurationis erant ſocii, et qui juſſerant ipſos re nulli prius declarata ad urbem navigare, ad Chios ex improviſo advenerunt. Et *Chiorum* quidem plebs admirabunda et attonita erat; pauci vero *nobilesque* operam dederant, ut Senatus cogeretur. Cum autem Chalcideus et Alcibiades dixiſſent et multas alias naves adventare, nec ullam de navium apud Piraeum obſidione mentionem feciſſent, Chii et mox Erythraei ab Athenienſibus defecerunt. Poſtea vero cum tribus navibus *illinc* profecti, et Clazomenas ad defectionem *ab iisdem* faciendam induxerunt. Clazomenii autem confeſtim in continentem transgreſſi, Polichnam *agri Trojani urbem* munire coeperunt, ſi forte ipſis opus foret aliquo loco, quo ex parva inſula, quam incolebant, ſeſe reciperent. Et omnes quidem, qui defectionem *ab Athenienſibus* fecerant, in moenibus muniendis ac in apparatu belli erant *occupati*.

15. Celeriter autem *de defectione* Chio-

ἀφέντες ἐνταῦθα αὐτοὺς, αὐτοὶ μὲν προξυγγενόμενοι τῶν ξυμπρασσόντων Χίων τισὶ, καὶ κελευόντων καταπλεῖν μὴ προειπόντας ἐς τὴν πόλιν, ἀφικνοῦνται αἰφνίδιοι τοῖς Χίοις. καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ἐν θαύματι ἦσαν καὶ ἐκπλήξει, τοῖς δ᾽ ὀλίγοις παρεσκεύαστο ὥστε βουλήν τε τυχεῖν ξυλλεγομένην, καὶ λεγομένων λόγων ἀπό τε τοῦ Χαλκιδέως καὶ Ἀλκιβιάδου, ὡς ἄλλαι τε νῆες πολλαὶ προσπλέουσι, καὶ τὰ περὶ τῆς πολιορκίας τῶν ἐν τῷ Πειραιῷ νεῶν οὐ δηλωσάντων, ἀφίστανται Χῖοι καὶ αὖθις Ἐρυθραῖοι Ἀθηναίων· καὶ μετὰ ταῦτα τρισὶ ναυσὶ πλεύσαντες, καὶ Κλαζομενὰς ἀφιστᾶσι. διαβάντες δὲ οἱ Κλαζομένιοι εὐθὺς εἰς τὴν ἤπειρον, τὴν Πολίχναν ἐτείχιζον, εἴ τι δέοι σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τῆς νησίδος ἐν ᾗ οἰκοῦσι πρὸς ἀναχώρησιν. καὶ οἱ μὲν ἀφεστῶτες πάντες ἐν τειχισμῷ ἦσαν καὶ παρασκευῇ πολέμου.

ιε΄. Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας ταχὺ ἀγγελία

τῆς Χίου ἀφικνεῖται· καὶ νομίσαντες μέγαν ἤδη καὶ σαφῆ τὸν κίνδυνον σφᾶς περιεστάναι, καὶ τοὺς λοιποὺς ξυμμάχους οὐκ ἐθελήσειν τῆς μεγίστης πόλεως μεθεστηκυίας ἡσυχάζειν, τά τε χίλια τάλαντα, ὧν διὰ παντὸς τοῦ πολέμου ἐγλίχοντο μὴ ἅψασθαι, εὐθὺς ἔλυσαν τὰς ἐπικειμένας ζημίας τῷ εἰπόντι, ἢ ἐπιψηφίσαντι, ὑπὸ τῆς παρούσης ἐκπλήξεως, καὶ ἐψηφίσαντο κινεῖν, καὶ ναῦς πληροῦν μὴ ὀλίγας· τῶν τε ἐν τῷ Πειραιῷ ἐφορμουσῶν τὰς μὲν ὀκτὼ ἤδη πέμπειν, αἳ ἀπολιποῦσαι τὴν φυλακὴν, τὰς μετὰ Χαλκιδέως διώξασαι καὶ οὐ καταλαβοῦσαι, ἀνακεχωρήκεσαν· (ἦρχε δὲ αὐτῶν Στρομβιχίδης Διοτίμου) ἄλλας δὲ οὐ πολὺ ὕστερον βοηθεῖν δώδεκα μετὰ Θρασυκλέους, ἀπολιπούσας καὶ ταύτας τὴν ἐφόρμησιν. τάς τε τῶν Χίων ἑπτὰ ναῦς, αἳ αὐτοῖς ξυνεπολιόρκουν τὰς ἐν τῷ Πειραιῷ, ἀπαγαγόντες, τοὺς μὲν δούλους ἐξ αὐτῶν ἠλευθέρωσαν, τοὺς δ᾽ ἐλευθέρους κατέδησαν. ἑτέ-

rum nuntius Athenas pervenit. Tunc autem *Athenienſes*, exiſtimantes magnum jam ac manifeſtum periculum ſe circumſtare, neque caeteros ſocios ultro quieturos poſt defectionem a maxima urbe factam, illa mille talenta, quae per totum belli tempus intacta eſſe cupiebant, confeſtim propter praeſentem pavorem abrogata lege, quae poenas proponebat ei, qui vel de his *tangendis* verba feciſſet, vel aliorum ſententiam ſuo ſuffragio confirmaſſet, movenda, naveſque non paucas inſtruendas decreverunt. Illarumque navium, quae in Piraeo ſtationem adverſus *hoſtium naves* obtinebant, octo quidem jam mittendas *cenſuerunt*, quae, relicta *navium in Pyraeo obſeſſarum* cuſtodia, *naves*, quas Chalcideus ſecum ducebat, inſequutae, nec aſsequutae, *in ſuam ſtationem* ſeſe receperant. His autem praeerat Strombichides Diotimi *filius*. Nec multo poſt alias duodecim ad opem *caeteris* ferendam, quae et ipſae ſtationem reliquerant, *quam adverſus naves hoſtiles obtinebant*, duce Thraſycle mittendas *decreverunt*. Septem etiam Chiorum navibus abductis, quae cum ipſis *hoſtiles naves* obſederant, quae in Piraeo e-

rant, ſervos quidem, qui in illis erant, libertate donarunt, liberos vero in vincula conjecerunt. Alias etiam in locum earum omnium, quae ad obſidendam Peloponneſiorum claſſem profectae fuerant, celeriter inſtructas miſerunt; et alias triginta armare in animo habebant. Et magnum erat *illorum* ſtudium, et nihil parvi moliebantur, ut *ſuis* auxilium adverſus Chium mitterent.

16. Interea vero Strombichides cum octo navibus in Samum pervenit, et *illinc* aſſumta una Samia, in Teum navigavit, ipſosque *Teios*, ut quieſcerent, rogavit. Ex Chio autem in Teum et Chalcideus cum tribus et viginti navibus trajicere coepit, et ſimul Clazomeniorum et Erythraeorum peditatus *cum eo* proficiſcebatur. Sed Strombichides praeſentiens, prius disceſſit. Cum autem in altum profectus multas *hoſtium* naves ex Chio *contra ſe venientes* proſpexiſſet, in Samum fuga ſe recepit. Illae vero *eum* inſequebantur. Illum autem peditatum Teii, cum initio *in urbem* recipere noluiſſent, poſt Athenienſium fugam introduxerunt. Et *hujus peditatus* plerique diu quidem ſe continuerunt, exſpectantes donec et Chalcideus

ρας δ' ἀντὶ πασῶν τῶν ἐπελθȣσῶν νεῶν ἐς τὴν ἐφόρμησιν τῶν Πελοποννησίων, διὰ τάχȣς πληρώσαντες, ἀντέπεμψαν, καὶ ἄλλας διενοοῦντο τριάκοντα πληρȣν. καὶ πολλὴ ἦν προθυμία, καὶ ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδὲν ἐς τὴν βοήθειαν τὴν ἐπὶ τὴν Χίον.

ιϛ΄. Εν δὲ τȣ́τῳ Στρομβιχίδης ταῖς ὀκτὼ ναυσὶν ἀφικνεῖται ἐς Σάμον, ϗ προσλαβὼν Σαμίαν μίαν, ἔπλευσεν ἐς Τέων, καὶ ἡσυχάζειν ἠξίȣ αὐτȣ́ς· ἐκ δὲ τῆς Χίȣ ἐς τὴν Τέων. ϗ ὁ Χαλκιδεὺς μετὰ τριῶν ϗ εἴκοσι νεῶν ἐπέπλει, ϗ ὁ πεζὸς ἅμα ϗ ὁ Κλαζομενίων ϗ Ερυθραίων παρῄει. προαισθόμενος δὲ ὁ Στρομβιχίδης, προανήγετο· καὶ μετεωρισθεὶς ἐν τῷ πελάγει, ὡς ἑώρα τὰς ναῦς πολλὰς τὰς ἀπὸ τῆς Χίȣ, φυγὴν ἐποιεῖτο ἐπὶ τῆς Σάμȣ. αἱ δὲ ἐδίωκον. τὸν δὲ πεζὸν οἱ Τήϊοι τοπρῶτον ȣ̓κ ἐσδεχόμενοι, ὡς ἔφυγον οἱ Αθηναῖοι, ἐσηγάγοντο. ϗ ἐπέσχον μὲν οἱ πολλοὶ,

ϰ̀ Χαλκιδέα ἐκ τῆς διώξεως περιμένοντες. ὡς δὲ ἐχρόνιζε, καθήρουν αὐτοὶ τὸ τεῖχος ὃ ἀνῳκοδόμησαν οἱ Ἀθηναῖοι, τῆς Τηΐων πόλεως πρὸς ἤπειρον. ξυγκαθήρουν δὲ αὐτοῖς ϰ̀ τῶν βαρβάρων ἐπελθόντες οὐ πολλοὶ, ὧν ἦρχεν ὁ Τάγης ὕπαρχος Τισσαφέρνους.

ιζ'. Χαλκιδεὺς δὲ ϰ̀ Ἀλκιβιάδης, ὡς κατεδίωξαν ἐς Σάμον Στρομβιχίδην, ἐκ μὲν τῶν ἐκ Πελοποννήσου νεῶν τοὺς ναύτας ὁπλίσαντες, ἐν Χίῳ καταλιμπάνουσιν· ἀντιπληρώσαντες δὲ ταύτας τε ἐκ Χίου ϰ̀ ἄλλας εἴκοσιν, ἔπλεον ἐς Μίλητον ὡς ἀποστήσοντες. ἐβούλετο γὰρ ὁ Ἀλκιβιάδης, ὢν ἐπιτήδειος τοῖς προεστῶσι τῶν Μιλησίων, φθάσαι τάς τε ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ναῦς προσαγαγόμενος αὐτοὺς, ϰ̀ Χίοις ϰ̀ ἑαυτῷ ϰ̀ Χαλκιδεῖ, ϰ̀ τῷ ἀποστείλαντι Ενδίῳ, ὥσπερ ὑπέσχετο, τὸ ἀγώνισμα προσθεῖναι, ὅτι πλείστας τῶν πόλεων μετὰ τῆς Χίων δυνάμεως ϰ̀ Χαλκιδέως απο-

ab inſequendis hoſtibus reverteretur. Sed cum ille diutius moraretur, ipſi muros demoliti ſunt, quos Athenienſes exſtruxerant, urbis Teiae, qua parte continentem reſpicit. Illos autem in his demoliendis adjuverunt aliquot etiam barbari, qui ſupervenerant, quibus praeerat Tages Tiſſaphernis propraetor.

17. Chalcideus vero et Alcibiades, cum Strombichidem ad Samum usque perſequuti fuiſſent, nautas quidem ex Peloponneſo navibus advectos armarunt, et in Chio *praeſidii cauſa* reliquerunt: illas vero aliasque viginti Chiis nautis, in Peloponneſiorum locum ſubſtitutis, complentes, Miletum petierunt, ut ad defectionem faciendam inducerent. Alcibiades enim, cui neceſſitudo cum Mileſiorum primoribus intercedebat, illorum ſocietatem ſibi prius conciliare, quam claſſis ex Peloponneſo veniret, et Chiis, et ſibi ipſi, et Chalcideo, et Endio, a quo miſſus fuerat, hoc praeclarum facinus attribuere volebat, quemadmodum promiſerat, quod cum Chiorum copiis et Chalcideo quam

plurimas civitates ad defectionem induxiſſet. Cum igitur maximam navigationis partem clandeſtine confeciſſent, nec multo ante Strombichidem et Thraſyclem (qui cum duodecim navibus tunc Athenis veniens aderat, et ſimul *cum ſuo collega illos* perſequebatur) veniſſent, Miletum ad defectionem faciendam induxerunt. Athenienſes vero cum undeviginti navibus e veſtigio *eos* perſequuti, cum Mileſii eos recipere nollent, ad Ladam inſulam *Mileto* adjacentem appulerunt, ibique ſtationem habuerunt. Prima autem ſocietas, per Tiſſaphernem et Chalcideum inter Regem et Lacedaemonios poſt Mileſiorum defectionem ſtatim inita, haec fuit.

18. ‘ Lacedaemonii ſociique ſocietatem cum Rege et Tiſſapherne his conditionibus fecerunt. Quamcunque regionem et *quaſcunque* urbes Rex habet, et Regis majores habuerunt, *haec* Regis ſunto: quicquid autem pecuniarum, aut quicquid aliud ex urbibus iſtis ad Athenienſes redibat, communiter Rex et Lacedaemonii et ſocii prohibento, ne quicquam pecunia-

ϛήσας. λαθόντες ȣ̃ν τὸ πλεῖϛον τȣ̃ πλȣ̃, ϗ φθάσαντες ȣ̓ πολὺ τόν τε Στρομβιχίδην ϗ τὸν Θρασυκλέα, ὃς ἔτυχεν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν δώδεκα ναυσὶν ἄρτι παρὼν ϗ ξυνδιώκων, ἀφιϛᾶσι τὴν Μίλητον. ϗ οἱ Ἀθηναῖοι κατὰ πόδας μιᾶς δεȣ́σαις εἴκοσι ναυσὶν ἐπιπλεύσαντες, ὡς αὐτȣ̀ς ȣ̓κ ἐδέχοντο οἱ Μιλήσιοι, ἐν Λάδῃ τῇ ἐπικειμένῃ νήσῳ ἐφώρμȣν. καὶ ἡ πρὸς βασιλέα ξυμμαχία Λακεδαιμονίοις ἡ πρώτη, Μιλησίων εὐθὺς ἀποϛάντων, διὰ Τισσαφέρνȣς ϗ Χαλκιδέως ἐγένετο ἥδε.

ιη΄. ‘ΕΠΙ τοῖσδε ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο ‘ πρὸς βασιλέα ϗ Τισσαφέρνην Λακεδαι‘ μόνιοι ϗ οἱ ξύμμαχοι. Ὁπόσην χώραν ϗ ‘ πόλεις βασιλεὺς ἔχει, ϗ οἱ πατέρες οἱ ‘ βασιλέως εἶχον, βασιλέως ἔϛω· ϗ ἐκ τȣ́‘ των τῶν πόλεων ὁπόσα Ἀθηναίοις ἐφοίτα ‘ χρήματα, ἢ ἄλλο τι, κωλυόντων κοινῇ ‘ βασιλεὺς ϗ Λακεδαιμόνιοι ϗ οἱ ξύμμα‘ χοι, ὅπως μήτε χρήματα λαμβάνωσιν

‘ Ἀθηναῖοι, μήτε ἄλλο μηδέν. ϗ τὸν πό-
‘ λεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους κοινῇ πολεμοῦν-
‘ των βασιλεὺς ϗ Λακεδαιμόνιοι ϗ οἱ ξύμ-
‘ μαχοι· καὶ κατάλυσιν τοῦ πολέμου πρὸς
‘ Ἀθηναίους μὴ ἐξέστω ποιεῖσθαι, ἢν μὴ ἀμ-
‘ φοτέροις δοκῇ, βασιλεῖ ϗ Λακεδαιμονίοις
‘ ϗ τοῖς ξυμμάχοις. ἢν δέ τινες ἀφιστῶνται
‘ ἀπὸ βασιλέως, πολέμιοι ἔστωσαν ϗ Λα-
‘ κεδαιμονίοις ϗ τοῖς ξυμμάχοις· ϗ ἤν τινες
‘ ἀφιστῶνται ἀπὸ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν
‘ ξυμμάχων, πολέμιοι ἔστωσαν βασιλεῖ
‘ κατὰ ταυτά.’

ιθʹ. Ἡ μὲν ξυμμαχία, αὕτη ἐγένετο. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Χῖοι εὐθὺς, δέκα ἑτέρας πληρώσαντες ναῦς, ἔπλευσαν ἐς Αναίαν, βουλόμενοι περί τε τῶν ἐν Μιλήτῳ πυθέσθαι, ϗ τὰς πόλεις ἅμα ἀφιστάναι. καὶ ἐλθούσης παρὰ Χαλκιδέως ἀγγελίας αὐτοῖς ἀποπλεῖν πάλιν, ϗ ὅτι Ἀμόργης παρέσται κατὰ γῆν στρατιᾷ, ἔπλευσαν ἐς Διὸς ἱερόν· ϗ καθορῶσιν ἑκκαίδεκα ναῦς, ἃς ὕστερον ἔτι

' tum, aut quicquam aliud Athenienſes *hinc* ' accipiant. Item bellum adverſus Athenienſes Rex et Lacedaemonii et ſocii communiter adminiſtranto. Bellumque adverſus Athenienſes deponere ne liceat, ' niſi utrisque, Regi ac Lacedaemoniis et ' ſociis, viſum fuerit. Quod ſi qui defectionem a Rege fecerint, hoſtes Lacedaemoniis et ſociis ſunto. Si qui etiam a Lacedaemoniis, ſociisque defecerint, hoſtes ' eodem modo Regi ſunto.'

19. Hunc igitur in modum haec ſocietas inita fuit. Poſtea vero confeſtim Chii, decem aliis navibus inſtructis, ad Anaeam navigarunt, eo animo, ut et de rerum Mileſiarum ſtatu certiores fierent, et ſimul civitates ad defectionem ſolicitarent. Sed cum nuntium a Chalcideo *miſſum* accepiſſent, quo redire jubebantur, quoniam Amorges itinere terreſtri cum *ſuis* copiis adeſſet, ad Jovis templum navigarunt. Et *illinc* perſpexerunt ſexdecim naves, cum quibus Diomedon poſt Thraſyclem Athenis adhuc ad-

ventabat. Cum autem *eas Chii* vidiſſent, eum una quidem navi Epheſum, cum reliquis vero in oram Teiam diffugerunt. Athenienſes vero *harum* quatuor quidem vacuas ceperunt, hominibus in terram prius elapſis, reliquae vero in Teiorum urbem confugerunt. Et Athenienſes quidem in Samum navigarunt: Chii autem cum reliquis navibus in altum profecti, et peditatus cum ipſis, Lebedum ad defectionem induxerunt, et item Eras. Poſtea vero omnes, et pedeſtres et navales copiae, *cum claſſe* domum ſe receperunt.

20. Sub eadem tempora viginti Peloponneſiorum naves, quas Athenienſes pari *navium* numero tunc inſequuti fuerant, et in Piraeum ingreſſas obſidebant, repentina eruptione *in hoſtes* facta, et navali proelio *illis* ſuperatis, quatuor Atticas naves ceperunt; et *illinc* ad Cenchreas profectae, rurſus ad navigationis curſum in Chium et Ioniam conficiendum ſe praeparare coeperunt. Aſtyochus autem Lacedaemone na-

Θρασυκλέους Διομέδων ἔχων ἀπ᾽ Ἀθηνῶν προσέπλει. καὶ ὡς εἶδον, ἔφευγον μιᾷ μὲν νηὶ ἐς Ἔφεσον, αἱ δὲ λοιπαὶ ἐπὶ τῆς Τέω. καὶ τέσσαρας μὲν κενὰς οἱ Ἀθηναῖοι λαμβάνουσι, τῶν ἀνδρῶν ἐς τὴν γῆν φθασάντων, αἱ δ᾽ ἄλλαι ἐς τὴν Τηΐων πόλιν καταφεύγουσι. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐπὶ τῆς Σάμου ἀπέπλευσαν· οἱ δὲ Χῖοι, ταῖς λοιπαῖς ἀναγαγόμενοι, καὶ ὁ πεζὸς μετ᾽ αὐτῶν, Λέβεδον ἀπέστησαν, καὶ αὖθις Ἐράς. καὶ μετὰ τοῦτο ἕκαστοι ἐπ᾽ οἴκου ἀπεκομίσθησαν, καὶ ὁ πεζὸς καὶ αἱ νῆες.

κ΄. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αἱ ἐν τῷ Πειραιῷ εἴκοσι νῆες τῶν Πελοποννησίων καταδιωχθεῖσαι τότε, καὶ ἐφορμούμεναι ἴσῳ ἀριθμῷ ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐπέκπλουν ποιησάμεναι αἰφνίδιον, καὶ κρατήσασαι ναυμαχίᾳ, τέσσαράς τε ναῦς λαμβάνουσι τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀποπλεύσασαι ἐς Κεγχρειάς, τὸν ἐς τὴν Χίον καὶ τὴν Ἰωνίαν πλοῦν αὖθις παρεσκευάζοντο. καὶ ναύαρχος αὐταῖς ἐκ Λακεδαίμονος Ἀστύοχος ἐπῆλθεν, ᾧπερ ἐ-

γίγνετο ἤδη πᾶσα ἡ ναυαρχία. ἀναχωρήσαντος δὲ τοῦ ἐκ τῆς Τέω πεζοῦ, καὶ Τισσαφέρνης αὐτὸς στρατιᾷ παραγενόμενος, καὶ ἐπικαθελὼν τὸ ἐν τῇ Τέῳ τεῖχος, εἴτι ὑπελείφθη, ἀνεχώρησε. καὶ Διομέδων, ἀπελθόντος αὐτοῦ, οὐ πολὺ ὕστερον δέκα ναυσὶν Αθηναίων ἀφικόμενος, ἐσπείσατο Τηΐοις ὥστε δέχεσθαι καὶ σφᾶς. καὶ παραπλεύσας ἐπὶ Ερὰς, καὶ προσβαλὼν, ὡς οὐκ ἐλάμβανε τὴν πόλιν, ἀπέπλευσεν.

κα΄. Εγένετο δὲ κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ ἡ ἐν Σάμῳ ἐπανάστασις ὑπὸ τοῦ δήμου τοῖς δυνατοῖς, μετὰ Αθηναίων, οἳ ἔτυχον ἐν τρισὶ ναυσὶ παρόντες. καὶ ὁ δῆμος ὁ Σαμίων διακοσίους μέν τινας τοὺς πάντας τῶν δυνατῶν ἀπέκτεινε· τετρακοσίους δὲ φυγῇ ζημιώσαντες, καὶ αὐτοὶ τὴν γῆν αὐτῶν καὶ οἰκίας νειμάμενοι, Αθηναίων τε σφίσιν αὐτονομίαν μετὰ ταῦτα ὡς βεβαίοις ἤδη ψηφισαμένων, τὰ λοιπὰ διῴκουν τὴν πόλιν, καὶ τοῖς γεωμόροις μετεδίδοσαν οὔτε ἄλλου οὐδε-

varchus ipſis futurus advenit, penes quem totum illius claſſis imperium jam erat. Cum autem peditatus ex Teo disceſſiſſet, ipſe quoque Tiſſaphernes cum *ſuis* copiis *illuc* profectus, et ſi quid murorum in *urbe* Teo reliquum erat, demolitus, disceſſit. Nec multo poſt ejus disceſſum Diomedon cum decem Atticis navibus *illuc* profectus, cum Teiis pactionem fecit, ut ſe quoque reciperent. Et *illinc* adverſus Eras profectus, ac adortus, cum urbem expugnare non potuiſſet, disceſſit.

21. Per idem etiam tempus apud Samum plebs una cum Athenienſibus, qui cum tribus navibus *illic* aderant, adverſus potentes arma ſumſit. Et Samiorum plebs ad ducentos ex hiſce potentibus ad ſummum interfecit. Cum autem quadringentos exſilio mulctaſſent, ipſique agros illorum et domos *inter ſe* diſtribuiſſent, et poſt haec Athenienſes ipſis ut jam fidis libertatem decreviſſent, in poſterum *ipſi per ſe ſuoque arbitratu ſuam* rempublicam adminiſtrarunt, et cum Geomoris nihil communicabant, nec ulli e po-

pulo amplius licebat aut *ſuas filias* apud illos elocare, aut ab illis ducere.

22. Poſt haec autem eadem aeſtate, Chii (quemadmodum coeperant) nihil de ſuo ſtudio remittentes, quo vel ſine Peloponneſiis, cum copiis, quas ſecum tunc habebant, civitates ad defectionem inducere conabantur, ſimul etiam cupientes quam plurimos ejusdem periculi ſocios habere, cum tredecim navibus ipſimet *ſine Peloponneſiis* in expeditionem adverſus Lesbum ſunt profecti, (quemadmodum a Lacedaemoniis dictum fuerat, ſecundo loco in eam eundum eſſe) et illinc in Helleſpontum. Simul autem et Peloponneſiorum, qui aderant, et indigenarum ſociorum peditatus Clazomenas et Cumam profectus eſt. Ejus autem praefectus erat Eualas Spartanus, navium vero, Diniadas ex finitimis *urbi ſubditis*. Et naves quidem *Chiorum in Lesbum* profectae Methymnam primum ad defectionem impulerunt. *Deinde Chii quatuor navibus hic praeſidii cauſa relictis, cum reliquis Mitylenen petierunt, et ad defectionem impulerunt.*

23. Aſtyochus vero Lacedaemoniorum navarchus, cum quatuor navibus e Cen-

νὸς, οὔτε ἐκδῦναι, ὔτε ἀγαγέϑαι παρ᾽ ἐκείνων, ὐδ᾽ ἐς ἐκείνυς, ὐδενὶ ἔτι τῦ δήμυ ἐξῆν.

κϐ. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῦ αὐτῦ θέρυς, οἱ Χῖοι, ὥσπερ ἤρξαντο, ὐδὲν ἀπολείποντες προθυμίας, ἄνευ τε Πελοποννησίων πλήθει παρόντες ἀποςῆσαι τὰς πόλεις, καὶ βυλόμενοι ἅμα ὡσπλείςυς σφίσι ξυγκινδυνεύειν, ςρατεύονται αὐτοί τε τρισκαίδεκα ναυσὶν ἐπὶ τὴν Λέσϐον (ὥσπερ εἴρητο ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων δεύτερον ἐπ᾽ αὐτὴν ἰέναι) κ̀ ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον· καὶ ὁ πεζὸς ἅμα Πελοποννησίων τε τῶν παρόντων καὶ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων παρῄει ἐπὶ Κλαζομενῶν τε καὶ Κύμης. ἦρχε δ᾽ αὐτῦ Εὐάλας Σπαρτιάτης, τῶν δὲ νεῶν, Δεινιάδας περίοικος. καὶ αἱ μὲν νῆες καταπλεύσασαι Μήθυμναν πρῶτον ἀφιςᾶσιν.

κγ. Αςύοχος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ναύαρχος, τέσσαρσι ναυσὶν, ὥσπερ ὥρμητο,

πλέων ἐκ τῶν Κεγχρειῶν, ἀφικνεῖται ἐς Χίον· καὶ τρίτην ἡμέραν αὐτοῦ ἥκοντος, αἱ Αττικαὶ νῆες πέντε καὶ εἴκοσιν ἔπλεον ἐς Λέσβον, ὧν ἦρχε Λέων καὶ Διομέδων. Λέων γὰρ ὕστερον δέκα ναυσὶ προσεβοήθησαν ἐκ τῶν Αθηνῶν. ἀναγαγόμενος δὲ καὶ ὁ Αστύοχος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐς ὀψὲ, καὶ προσλαβὼν Χίαν ναῦν μίαν, ἔπλει ἐς τὴν Λέσβον, ὅπως ὠφελοίη εἴτι δύναιτο. καὶ ἀφικνεῖται ἐς τὴν Πύῤῥαν, ἐκεῖθεν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς Ερεσσον· ἔνθα πυνθάνεται ὅτι ἡ Μιτυλήνη ὑπὸ τῶν Αθηναίων αὐτοβοεὶ ἑάλωκεν. οἱ γὰρ Αθηναῖοι, ὥσπερ ἔπλεον ἀπροσδόκητοι, καταχόντες ἐς τὸν λιμένα, τῶν τε Χίων νεῶν ἐκράτησαν, καὶ ἀποβάντες, τοὺς ἀντιστάντας μάχῃ νικήσαντες, τὴν πόλιν ἔσχον. ἃ πυνθανόμενος ὁ Αστύοχος τῶν τε Ερεσσίων, καὶ τῶν ἐκ τῆς Μηθύμνης μετ' Εὐβούλου Χίων νεῶν, αἳ τότε καταληφθεῖσαι, καὶ, ὡς ἡ Μιτυλήνη ἑάλω, φεύγουσαι περιέτυχον αὐτῷ τρεῖς

ehreis navigans, in Chium pervenit, quemadmodum *illuc initio pervenire* properabat. Tertio autem die quam ille pervenit, quinque et viginti Atticae naves ad Lesbum appulerunt, quibus praeerat Leon et Diomedon. Leon enim cum aliis decem navibus, Athenis poſtea profectus, ad opem *ſuis* ferendam venerat. Sed et Aſtyochus eodem die jam adveſperaſcente, cum portu ſolviſſet, et unam Chiam navem aſſumſiſſet, in Lesbum navigare coepit, ut, ſi quid poſſet, *Lesbiis* prodeſſet. Cum autem Pyrrham, et illinc poſtero die Ereſſum perveniſſet; hic intellexit Mitylenen ab Athenienſibus primo impetu captam fuiſſe. Nam Athenienſes, ut ex improviſo venerant, ad portum appulſi, naves Chias ſuperaverunt, et in terram egreſſi, iis, qui obſtiterant, proelio victis, urbem in ſuam poteſtatem redegerunt. Quae cum Aſtyochus intellexiſſet tum ex navibus Ereſſinis, tum ex tribus Chiis (nam *ex quatuor* una ab Athenienſibus capta fuerat) quae ex Methymna cum Eubulo venie-

bant, quae tunc *ab Athenienſibus* intercep- tae, ſed, quum Mitylene capta eſt, elapſae, in ipſum inciderant, haud amplius Mitylenen contendit; ſed cum Ereſſum ad defectionem faciendam impuliſſet, et ſuarum etiam navium milites armaſſet, Eteonico duce illis praepoſito, Antiſſam et Methymnam verſus itinere terreſtri proficiſci juſſit: ipſe quoque cum ſuis navibus et tribus Chiis eodem oram legens contendit, ſperans Methymnaeos, conſpectis ſuis copiis, fiduciam animo concepturos, et in defectione permanſuros. Sed cum in Lesbo omnia ipſi adverſarentur, ſuis copiis *in naves* receptis, in Chium rediit. Peditatus etiam, qui navibus vehebatur, et qui in Helleſpontum trajecturus erat, rurſus in oppida ſe recepit. Poſt haec autem ex ſociali Peloponneſiorum claſſe, quae ad Cenchream ſtabat, ſex naves in Chium ad ipſos venerunt. Athenienſes vero res in Lesbo rurſus conſtituerunt, et illinc profecti, Clazomeniorum *urbem, nomine* Polichnam, quam in continente muniebant, ceperunt,

(μία γὰρ ἑάλω ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων) οὐκέτι ἐπὶ τὴν Μιτυλήνην ὥρμησεν, ἀλλὰ τὴν Ἔρεσσον ἀποστήσας, καὶ ὁπλίσας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας, πεζῇ παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἄρχοντα Ἐτεόνικον προστάξας. καὶ αὐτὸς ταῖς τε μεθ' ἑαυτοῦ ναυσὶ καὶ ταῖς τρισὶ ταῖς Χίαις παρέπλει ἐπὶ Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἐλπίζων τοὺς Μηθυμναίους θαρσήσειν τε ἰδόντας σφᾶς, καὶ ἐμμενεῖν τῇ ἀποστάσει. ὡς δὲ αὐτῷ τὰ ἐν τῇ Λέσβῳ πάντα ἠναντιοῦτο, ἀπέπλευσε τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν ἀναλαβὼν ἐς τὴν Χίον. ἀπεκομίσθη δὲ πάλιν κατὰ πόλεις καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζὸς, ὃς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐμέλλησεν ἰέναι. καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Κεγχρειᾷ ξυμμαχίδων Πελοποννησίων νεῶν ἀφικνοῦνται αὐτοῖς ἓξ μετὰ ταῦτα ἐς τὴν Χίον. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τά τε ἐν τῇ Λέσβῳ πάλιν κατεστήσαντο, καὶ πλεύσαντες ἐξ αὐτῆς, Κλαζομενίων τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ Πολίχναν τειχιζομένην ἑλόντες, διεκόμισαν πάλιν αὐτοὺς ἐς

τὴν ἐν τῇ νήσῳ πόλιν, πλὴν τῶν αἰτίων τῆς ἀποςάσεως· ἦτοι δὲ ἐς Δαφνῦντα ἀπῆλθον. καὶ αὖθις Κλαζομεναὶ προσεχώρησαν Αθηναίοις.

κδ΄. Τῦ δ' αὐτῦ θέρυς, οἵ τ' ἐπὶ Μιλήτῳ Αθηναῖοι ταῖς εἴκοσι ναυσὶν ἐν τῇ Λάδῃ ἐφορμῦντες, ἀπόβασιν ποιησάμενοι ἐς Πάνορμον τῆς Μιλησίας, Χαλκιδέα τε τὸν Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα μετ' ὀλίγων παραβοηθήσαντα ἀποκτείνυσι, κὴ τροπαῖον τρίτῃ ἡμέρᾳ ὕςερον διαπλεύσαντες ἔςησαν. ὃ οἱ Μιλήσιοι, ὡς ὑ μετὰ κράτυς τῆς γῆς ςαθὲν, ἀνεῖλον. κὴ Λέων κὴ Διομέδων ἔχοντες τὰς ἐκ Λέσβυ Αθηναίων ναῦς, ἔκ τε Οἰνυσσῶν τῶν πρὸ Χίυ νήσων, καὶ ἐκ Σιδύσσης, κὴ ἐκ Πτελεῦ, ἃ ἐν τῇ Ερυθραίᾳ εἶχον τείχη, κὴ ἐκ τῆς Λέσβυ ὁρμώμενοι, τὸν πρὸς τὺς Χίυς πόλεμον ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιῦντο. εἶχον δὲ ἐπιβάτας τῶν ὁπλιτῶν ἐκ καταλόγυ ἀναγκαςύς. καὶ ἔν τε Καρδαμύλῃ ἀποβάντες, καὶ ἐν Βολίσσῳ

eosque rurſus in urbem in inſula *ſitam* transportarunt, praeter defectionis autores: iſti enim Daphnuntem abierunt. Et denuo Clazomenae in Athenienſium ditionem conceſſerunt.

24. Eadem aeſtate, illi etiam Athenienſes, qui cum viginti navibus apud Ladam ſtationem adverſus Miletum habebant, copiis in terram expoſitis ad Panormum *agri* Mileſii *oppidum*, Chalcideum Lacedaemonium ducem, cum paucis occurrentem ad vim arcendam, interfecerunt; et tertio poſt die, erecto tropaeo, abierunt. Quod Mileſii ſuſtulerunt, ut ab illis erectum, qui agrum in ſuam poteſtatem nequaquam redegiſſent. Leon autem et Diomedon cum Athenienſium navibus, quas ex Lesbo ſecum duxerant, ex Oenuſſis inſulis Chio adjacentibus, ex Siduſſa quoque, et Pteleo, (quas urbes in *agro* Erythraeo obtinebant) atque ex Lesbo proficiſcentes, ex navibus bellum adverſus Chios adminiſtrabant. Habebant autem gravis armaturae milites legionarios, quos naves conſcendere coëgerant, ut earum eſſent defenſores. Et ad Cardamylam expoſitis iis

terram copiis, et ad Boliſſum Chiis proelio victis, multisque caeſis, qui ad vim arcendam obviam ſibi proceſſerant, oppida in hac parte ſita everterunt. Et *eosdem Chios* ad Phanas rurſus altero praelio, et tertio ad Leuconium vicerunt. Poſtea vero Chii quidem jam adverſus *Athenienſes* haud amplius prodire ſunt auſi: illi vero regionem egregie inſtructam, et a bello Medico ad id usque tempus illaeſam, diripuerunt. Chii enim ſoli *omnium*, quos ego cognovi, poſt Lacedaemonios, ſimul et beati et modeſti exſtiterunt, et quo magis ipſorum civitas creſcebat, eo magis etiam modeſtiae operam dabant, ut magis eſſent muniti. Et ne ipſam quidem defectionem (ſi praeter id, quod *ipſis* tutum erat, hoc feciſſe videntur) facere prius ſunt auſi, quam una cum multis iisque fortibus ſociis ſe belli fortunam periclitaturos exiſtimarunt, et *priusquam* intellexerunt, ne ipſos quidem Athenienſes amplius negare, poſt cladem in Sicilia acceptam, plane res ſuas peſſime ſe habere. Quod ſi qua in re praeter ſuam opinionem lapſi ſunt, (ut humanitus contingere ſolet) cum multis hoc

τοὺς προσβοηθήσαντας τῶν Χίων μάχῃ νικήσαντες, καὶ πολλοὺς διαφθείραντες, ἀνάστατα ἐποίησαν τὰ ταύτῃ χωρία, καὶ ἐκ Φανῶν αὖθις ἄλλῃ μάχῃ ἐνίκησαν, καὶ τρίτῃ ἐν Λευκωνίῳ. καὶ μετὰ τοῦτο οἱ μὲν Χῖοι ἤδη οὐκέτι ἐπεξῄεσαν, οἱ δὲ τὴν χώραν καλῶς κατεσκευασμένην, καὶ ἀπαθῆ οὖσαν ἀπὸ τῶν Μηδικῶν μέχρι τότε, διεπόρθησαν. Χῖοι γὰρ μόνοι μετὰ Λακεδαιμονίους, ὧν ἐγὼ ᾐσθόμην, εὐδαιμονήσαντες, ἅμα καὶ ἐσωφρόνησαν, καὶ ὅσῳ ἐπεδίδου ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπὶ τὸ μεῖζον, τόσῳ καὶ ἐκοσμοῦντο ἐχυρώτερον. καὶ οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν (εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον πρᾶξαι) πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι ἢ μετὰ πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ξυμμάχων ἔμελλον κινδυνεύσειν, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾐσθάνοντο οὐδ' αὐτοὺς ἀντιλέγοντας ἔτι, μετὰ τὴν Σικελικὴν ξυμφορὰν, ὡς οὐ πάνυ πόνηρα σφῶν βεβαίως τὰ πράγματα εἴη· εἰ δέ τι ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις τοῦ βίου παρα-

λόγοις ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν, οἷς ταῦτα ἔδοξε τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι, τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν. εἰργομένοις οὖν αὐτοῖς τῆς θαλάσσης, καὶ κατὰ γῆν πορθουμένοις, ἐνεχείρησάν τινες πρὸς Ἀθηναίους ἀγαγεῖν τὴν πόλιν· οὓς αἰσθόμενοι οἱ ἄρχοντες, αὐτοὶ μὲν ἡσύχασαν, Ἀστύοχον δὲ ἐξ Ἐρυθρῶν τὸν ναύαρχον μετὰ τεσσάρων νεῶν, αἳ παρῆσαν αὐτῷ, κομίσαντες, ἐσκόπουν ὅπως μετριώτατα ἢ ὁμήρων λήψει, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ καταπαύσωσι τὴν ἐπιβουλήν. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἔπρασσον.

κε΄. Ἐκ δὲ τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, χίλιοι ὁπλῖται τῶν Ἀθηναίων καὶ πεντακόσιοι, καὶ χίλιοι Ἀργείων (τοὺς γὰρ πεντακοσίους τῶν Ἀργείων ψιλοὺς ὄντας ὥπλισαν οἱ Ἀθηναῖοι) καὶ χίλιοι τῶν ξυμμάχων, ναυσὶ δυοῖν δεούσαις πεντήκοντα, ὧν ἦσαν καὶ ὁπλιταγωγοὶ, Φρυνίχου καὶ Ὀνομακλέους καὶ Σκιρωνίδου στρατηγούντων,

peccatum *ultro* commiſerunt, qui res Athenienſium a multis celeriter everſum iri putabant. Cum igitur illi maris uſu prohiberentur, et terra diriperentur, quidam *ex ipſorum civibus* urbem Athenienſibus tradere ſunt conati. Magiſtratus autem, quamvis horum conſilia ſenſiſſent, ipſi tamen quieverunt: ſed Aſtyochum navarchum, cum quatuor navibus, quae ipſi aderant, Erythris *accerſitum, in urbem* adducentes, *cum eo* conſultare coeperunt, ut vel obſidibus acceptis, vel alio aliquo modo, quam moderatiſſime inſidias compeſcerent. Et Chii quidem haec agebant.

25. Eadem autem aeſtate extrema, mille et quingenti gravis armaturae milites Athenienſium, et mille Argivorum (Athenienſes enim quingentos Argivorum levis armaturae milites *juſtis* armis inſtruxerant) et ſociorum mille, cum navibus duodequinquaginta, quarum aliquot erant ad armatos portandos, ducibus Phrynicho et Onomacle et Scironida, Athenis in Samum trajecerunt,

et in Miletum tranſgreſſi, caſtra poſuerunt. Mileſii vero *adverſus eos* egreſſi, cum ipſi, *qui erant* octingenti gravis armaturae milites, tum Peloponneſii, qui cum Chalcideo venerant, tum etiam quaedam peregrina Tiſſaphernis auxilia, quinetiam ipſe Tiſſaphernes praeſens, et ipſius equitatus, proelium cum Athenienſibus ſociisque commiſerunt. Et Argivi quidem, qui ſuo cornu proelii initium fecerant, et qui contemtis *hoſtibus*, ut adverſus Iones, et eos, qui ſuum impetum laturi non eſſent, ordinibus non ſervatis pergebant, a Mileſiis ſuperati fuerunt, et paulo pauciores trecentis ex ipſis caeſi fuerunt. Athenienſes vero, cum initio Peloponneſios viciſſent et barbaros ac caeteram turbam *loco* pepuliſſent, cum Mileſiis non ſunt congreſſi: ſed cum ipſi *Mileſii* poſt fugatos Argivos in urbem ſe recepiſſent, cum alterum ſuorum *cornu* ſuperatum vidiſſent, *Athenienſes* ad ipſam Mileſiorum urbem jam victores caſtra poſuerunt. In hoc autem proelio contigit, ut Iones utrin-

κατέπλευσαν ἐς Σάμον, καὶ διαβάντες ἐς Μίλητον ἐστρατοπεδεύσαντο. Μιλήσιοι δὲ ἐξελθόντες, αὐτοί τε ὀκτακόσιοι ὁπλῖται, καὶ οἱ μετὰ Χαλκιδέως ἐλθόντες Πελοποννήσιοι, καὶ Τισσαφέρνους τὸ ξενικὸν ἐπικουρικὸν, καὶ αὐτὸς Τισσαφέρνης παρὼν, καὶ ἡ ἵππος αὐτοῦ, ξυνέβαλον τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ξυμμάχοις. καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ προεξάξαντες, καὶ καταφρονήσαντες, ὡς ἐπὶ Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους ἀτακτότερον χωροῦντες, νικῶνται ὑπὸ τῶν Μιλησίων, καὶ διαφθείρονται αὐτῶν ὀλίγῳ ἐλάσσους τριακοσίων ἀνδρῶν. Ἀθηναῖοι δὲ τούς τε Πελοποννησίους πρώτους νικήσαντες, καὶ τοὺς βαρβάρους καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον ὠσάμενοι, τοῖς Μιλησίοις οὐ ξυμμίξαντες, ἀλλ' ὑποχωρησάντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς τῶν Ἀργείων τροπῆς ἐς τὴν πόλιν, ὡς ἑώρων τὸ ἄλλο σφῶν ἡσσώμενον, πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων κρατοῦντες ἤδη τὰ ὅπλα τίθενται. καὶ ξυνέβη ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ τοὺς

Ιωνας ἀμφοτέρων τῶν Δωριέων κρατῆσαι· τούς τε γὰρ κατὰ σφᾶς Πελοποννησίους οἱ Αθηναῖοι ἐνίκων, καὶ τοὺς Αργείους οἱ Μιλήσιοι: ςήσαντες δὲ τροπαῖον, τὸν περιτειχισμὸν, ἰσθμώδους ὄντος τοῦ χωρίου, οἱ Αθηναῖοι παρεσκευάζοντο νομίζοντες, εἰ προσαγάγοιντο Μίλητον, ῥᾳδίως ἂν σφίσι καὶ τὰ ἄλλα προσχωρήσειν.

κϛʹ. Εν τούτῳ δὲ, περὶ δείλην ἤδη ὀψίαν, ἀγγέλλεται αὐτοῖς τὰς ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Σικελίας πέντε καὶ πεντήκοντα ναῦς ὅσον οὐ παρεῖναι. τῶν τε γὰρ Σικελιωτῶν, (Ἑρμοκράτους τοῦ Συρακουσίου μάλιςα ἐνάγοντος ξυνεπιλαβέσθαι τῆς ὑπολοίπου Αθηναίων καταλύσεως) εἴκοσι νῆες Συρακουσίων ἦλθον, καὶ Σελινούντιαι δύο· αἵ τε ἐκ Πελοποννήσου, ἃς παρεσκευάζοντο, ἕτοιμοι ἤδη οὖσαι, καὶ Θηραμένει τῷ Λακεδαιμονίῳ ξυναμφότεραι ὡς Αςύοχον τὸν ναύαρχον προσταχθεῖσαι κομίσαι, κατέπλευσαν ἐς Ελεὸν πρῶτον τὴν πρὸ Μιλήτου νῆσον.

que Dorienſes vincerent. Nam et Athenienſes vicerunt Peloponneſios *in acie* ſibi oppoſitos, et Argivos Mileſii. Athenienſes autem erecto tropaeo, ad urbem circumvallandam ſeſe praeparabant, quod locus ille in Iſthmi modum eſſet anguſtus: exiſtimantes, ſi Miletum in ſuam poteſtatem redegiſſent, caetera quoque *oppida* in ſuam ditionem facile ventura.

26. Interea vero, jam ſub veſpertinum crepuſculum, ipſis nuntiatur quinque et quinquaginta Peloponneſiorum et Siculorum naves tantum non adeſſe. Nam Hermocrate Syracuſano potiſſimum Sicilienſes inſtigante ad belli reliquias perſequendas, ut Athenienſium imperium everterent, viginti naves Syracuſanorum et duae Selinuntiae veniebant. Et Peloponneſiorum naves, quae inſtruebantur, jam paratae erant. Therameni autem Lacedaemonio praeceptum fuerat, ut has utrasque claſſes ad Aſtyochum navarchum deduceret, quae primum in Eleum inſulam Mileto adjacentem trajecerunt. Mox illinc, cum accepiſſent Athe-

pienſes in Mileto eſſe, in Iaſicum ſinum prius navigarunt, quod ſcire vellent, quid rerum apud Miletum gereretur. Cum autem Alcibiades equo *vectus* ad Tichiuſſam, *agri* Mileſii *caſtellum*, veniſſet, ad quam ſinus partem *Peloponneſii* appulſi ſtationem habebant, res in proelio geſtas intellexerunt. Nam et Alcibiades *proelio* interfuerat, et cum Mileſiis et Tiſſapherne in acie adverſus hoſtes ſteterat. Hic autem ipſis ſuaſit, ut, niſi et Ioniam et caeteras omnes res amittere vellent, opem quam celerrime Mileto ferrent, neve per ſuam negligentiam, illam *ab hoſte* circumvallari paterentur.

27. Atque illi quidem *huic* prima luce *ſtatim* ſuccurrere ſtatuerunt. Phrynichus vero Athenienſium dux, ubi ex Dero de claſſis hoſtilis adventu certior factus fuiſſet, quum *ipſius* collegae *eam* exſpectare vellent, ut navale proelium committerent, negavit aut ſe hoc facturum, aut (quoad poſſet) illis aut alii cuiquam *hoc facere* permiſſurum. Cum enim aliquanto poſt (ubi plane

ἔπειτα ἐκεῖθεν αἰσθόμενοι ἐπὶ Μιλήτῳ ὄντας Ἀθηναίους, ἐς τὸν Ιασικὸν κόλπον πρότερον πλεύσαντες, ἐβούλοντο εἰδέναι τὰ περὶ τῆς Μιλήτου. ἐλθόντος δὲ Ἀλκιβιάδου ἵππῳ ἐς Τειχιοῦσαν τῆς Μιλησίας, ἧπερ τοῦ κόλπου πλεύσαντες ηὐλίσαντο, πυνθάνονται τὰ περὶ τῆς μάχης. παρῆν γὰρ καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ ξυνεμάχετο τοῖς Μιλησίοις καὶ Τισσαφέρνει· καὶ αὐτοῖς παρῄνει, εἰ μὴ βούλονται τά τε ἐν Ιωνίᾳ καὶ τὰ ξύμπαντα πράγματα διολέσαι, ὡστάχιστα βοηθεῖν Μιλήτῳ, καὶ μὴ περιϊδεῖν ἀποτειχισθεῖσαν.

κζ΄. Καὶ οἱ μὲν ἅμα τῇ ἕῳ ἔμελλον βοηθήσειν· Φρύνιχος δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, ὡς ἀπὸ τῆς Λέρου ἐπύθετο τὰ τῶν νεῶν, σαφῶς βουλομένων τῶν ξυναρχόντων ὑπομείναντας διαναυμαχεῖν, οὐκ ἔφη οὔτ᾽ αὐτὸς ποιήσειν τοῦτο, οὔτ᾽ ἐκείνοις οὔτ᾽ ἄλλῳ οὐδενὶ ἐς δύναμιν ἐπιτρέψειν. ὅπου γὰρ ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ, σαφῶς εἰδότας πρὸς

ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας, καὶ ὅσαις πρὸς αὐτὰς ταῖς σφετέραις, ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρασκευασαμένοις ἔσται ἀγωνίσασθαι, οὐδέποτε τῷ αἰσχρῷ ὀνείδει εἴξας ἀλόγως διακινδυνεύσειν. οὐ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι Ἀθηναίους ναυτικῷ μετὰ καιροῦ ὑποχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ὁτουοῦν τρόπου αἴσχιον ξυμβήσεσθαι, ἢν ἡσσηθῶσι· καὶ τὴν πόλιν οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ περιπίπτειν, ἢ μόγις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν, ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ προτέρα ποι ἐπιχειρεῖν, πού δὴ μὴ βιαζομένη γε, πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι; ὡστάχιστα δὲ ἐκέλευε τούς τε τραυματίας ἀναλαβόντας, καὶ τὸν πεζὸν, καὶ τῶν σκευῶν ὅσα ἦλθον ἔχοντες, ἃ δ' ἐκ τῆς πολεμίας εἰλήφασι, καταλιπόντας, ὅπως κοῦφαι ὦσιν αἱ νῆες, ἀποπλεῖν ἐς Σάμον: κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς, τοὺς ἐπίπλους, ἤν που καιρὸς εἴη, ποι-

cognoviſſent adverſus quot hoſtiles naves, et quo ſuarum ſufficienter et per otium inſtructarum numero adverſus eas certandum eſſet) confligere liceret, ſe nunquam adductum iri *dicebat*, ut turpi *fugae* probro cedens belli fortunam temere periclitaretur. Nec enim turpe eſſe Athenienſes cum claſſe ad tempus cedere, ſed longe turpius fore, ſi, quomodocunque res contingeret, vincerentur: et respublica non ſolum in dedecus, ſed etiam in maximum periculum incideret. cui cum propter clades acceptas vix liceat cum firmo apparatu ſua ſponte, vel etiam magna neceſſitate coactae aliquos aggredi; jam vero quo modo ei non coactae pericula ſua ſponte ſuſcipere *liceret?* Itaque jubebat illos aſſumtis ſauciis, et peditatu, omnique inſtrumento, quod ſecum attulerant, caeteris vero rebus, quas ex hoſtico cepiſſent, relictis, ut naves levarentur, in Samum quam velociſſime navigare. Illinc autem jam navibus in unum contractis, incurſiones *in hoſtem* facere, ſicubi tempus opportunum foret. Cum autem Phrynichus *ſuis collegis* haec perſuaſiſſet, ac feciſſet, non magis in

praeſentia quam in poſterum, nec in hoc tantum, ſed etiam in omnibus aliis negotiis, quae ipſi delegata fuerunt, non imprudens eſt habitus. Hunc igitur in modum Athenienſes ſtatim ſub veſperam, imperfecta victoria, caſtris motis a Mileto diſceſſerunt, Argivi vero propter cladem acceptam irati, ex Samo domum celeriter abierunt.

28. Peloponneſii autem ipſo ſtatim diluculo, caſtris e Tichiuſſa motis, poſt *Athenienſium diſceſſum, ad Miletum* appellunt, et unum diem *illic* morati, poſtridie aſſumtis etiam navibus Chiis, quas cum Chalcideo venientes hoſtium claſſis ante fuerat inſequuta, ſtatuerunt ad Tichiuſſam redire, ut inſtrumentum, quod *ex navibus* exportatum *illic* repoſuerant, aſſumerent. Cum autem *illuc* perveniſſent, Tiſſaphernes cum *ſuo* peditatu *ad illos* acceſſit, ipſisque perſuaſit, ut adverſus Iaſum (ubi Amorges, qui *regis, a quo deſecerat*, hoſtis erat, *ſe* continebat) navigarent. Iaſum autem repente aggreſſi, et *oppidanis* non opinantibus alias eſſe quam Atticas naves, ceperunt. In hoc

εἶσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, [καὶ ἔδρασε] ταῦτα, καὶ ἔδοξεν οὐκ ἐν τῷ αὐτίκα μᾶλλον ἢ ὕστερον, οὐκ ἐς τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ ἐς ὅσα ἄλλα Φρύνιχος κατέστη, οὐκ ἀξύνετος εἶναι. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἀφ᾽ ἑσπέρας εὐθὺς τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀτελεῖ τῇ νίκῃ ἀπὸ τῆς Μιλήτου ἀνέστησαν. καὶ οἱ Ἀργεῖοι κατὰ τάχος καὶ πρὸς ὀργὴν τῆς ξυμφορᾶς ἀπέπλευσαν ἐκ τῆς Σάμου ἐπ᾽ οἴκου.

κή. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἅμα τῇ ἕῳ ἐκ τῆς Τειχιούσσης ἄραντες, ἐπικατάγονται, καὶ μείναντες ἡμέραν μίαν, τῇ ὑστεραίᾳ καὶ τὰς Χίας ναῦς προσλαβόντες τὰς μετὰ Χαλκιδέως τοπρῶτον ξυγκαταδιωχθείσας, ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη ἃ ἐξείλοντο ἐς Τειχιοῦσσαν πάλιν. καὶ ὡς ἦλθον, Τισσαφέρνης τῷ πεζῷ παρελθὼν, πείθει αὐτοὺς ἐπὶ Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμόργης πολέμιος ὢν κατεῖχε, πλεῦσαι. καὶ προσβαλόντες τῇ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι, καὶ οὐ προσδεχομένων ἀλλ᾽ ἢ Ἀττικὰς ναῦς εἶναι, αἱ-

ρῦσι. κ) μάλιςα ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Συρακούσιοι ἐπηνέθησαν, καὶ τόν τε Αμόργην ζῶντα λαβόντες Πισούθνου νόθον υἱὸν, ἀφεςῶτα δὲ βασιλέως, παραδιδόασιν οἱ Πελοποννήσιοι Τισαφέρνει ἀπαγαγεῖν (εἰ βούλεται) βασιλεῖ ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε. κ) τὴν Ιασον διεπόρθησαν, καὶ χρήματα πάνυ πολλὰ ἡ ςρατιὰ ἔλαβε. παλαιόπλουτον γὰρ ἦν τὸ χωρίον. τοὺς τ' ἐπικούρους τοὺς περὶ τὸν Αμόργην παρὰ σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες, κ) οὐκ ἀδικήσαντες, ξυνέταξαν, ὅτι ἦσαν οἱ πλεῖςοι ἐκ Πελοποννήσου· τό, τε πόλισμα Τισαφέρνει παραδόντες, κ) τὰ ἀνδράποδα πάντα κ) δοῦλα κ) ἐλεύθερα, ὧν καθ' ἕκαςον ςατῆρα Δαρεικὸν παρ' αὐτοῦ ξυνέβησαν λαβεῖν. ἔπειτα ἀνεχώρησαν ἐς τὴν Μίλητον. κ) Πεδάριτόν τε τὸν Λέοντος ἐς τὴν Χίον ἄρχοντα Λακεδαιμονίων πεμψάντων, ἀποςέλλουσι πεζῇ μέχρι Ερυθρῶν, ἔχοντα τὸ παρὰ Αμόργου ἐπικουρικὸν, κ) ἐς τὴν Μίλητον αὐτοῦ Φίλιπ-

autem opere praecipua fuit Syracuſanorum laus. Cum igitur Peloponneſii Amorgem, Piſſuthnae filium nothum, qui a rege defecerat, vivum cepiſſent, Tiſſapherni tradiderunt, ut *eum* (ſi vellet) ad regem abduceret, quemadmodum ipſi *rex* imperaverat. Iaſumque diripuerunt, et exercitus maxima pecuniae vi potitus eſt. Hoc enim oppidum a priſcis usque temporibus locuples erat. Caeterum auxilia, quae Amorges circa ſe habuerat, *Peloponneſii* ad ſe ipſos traducta, nulloque maleficio affecta, ſuis ordinibus admiſcuerunt, quod *eorum* plerique eſſent Peloponneſii. Cum autem id oppidum Tiſſapherni tradidiſſent, omnesque captivos, tam ſervos, quam liberos, pactione cum illo facta, ut in ſingula capita ſingulos ſtateres Daricos ſibi numeraret, poſtea Miletum redierunt. Et *illinc* Pedaritum Leontis *filium*, quem Lacedaemonii magiſtratum in Chium miſerant, ad Erythras usque itinere pedeſtri mittunt, cum iis copiis auxiliaribus, quas circa ſe Amorges habuerat, et Philippum illic Mi-

leto praeficiunt. Atque haec aeſtas exceſſit.

29. Inſequenti autem hyeme Tiſſaphernes, poſteaquam Iaſum praeſidio munivit, Miletum advenit, et (quemadmodum Lacedaemone promiſerat) menſtruum ſtipendium navibus omnibus numeravit, ſingulas drachmas Atticas viritim: in reliquum vero tempus ternos obolos *quotidie ſingulis remigibus* perſolvere volebat, donec regem conſuluiſſet. Dicebat autem, ſe integras drachmas *ſingulis* perſoluturum, ſi *rex* juſſiſſet. Verum Hermocrate Syracuſanorum duce contradicente (Theramenes enim, quod *ipſe* non eſſet navarchus, ſed ad tradendam Aſtyocho claſſem cum illis navigaret, in ſtipendii exactione remiſſior erat) tamen inter eos convenit, ut, praeter quinque naves, plusquam terni oboli viritim perſolverentur. Nam quinque et quinquaginta navibus terna talenta in ſingulos menſes dabat: caeterisque navibus, quae ultra hunc numerum erant, ad hanc ipſam rationem *prorata portione* ſolvebatur.

30. Hac eadem hyeme, Athenienſes, qui

πον καθιςᾶσι. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

κθ΄. Τȣ̃ δ᾽ ἐπιγιγνομένȣ χειμῶνος, ἐπειδὴ τὴν Ἴασον κατεςήσατο ὁ Τισσαφέρνης ἐς φυλακὴν, παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον, καὶ μηνὸς μὲν τροφὴν (ὥσπερ ὑπέςη ἐν τῇ Λακεδαίμονι) ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάςῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε, τȣ̃ δὲ λοιπȣ̃ χρόνȣ ἐβȣ́λετο τριώβολον διδόναι, ἕως ἂν βασιλέα ἐπέρηται. ἢν δὲ κελεύῃ, ἔφη δώσειν ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Ἑρμοκράτȣς δὲ ἀντειπόντος τȣ̃ Συρακȣσίȣ ςρατηγȣ̃ (ὁ γὰρ Θηραμένης ȣ̓ ναύαρχος ὢν, ἀλλ᾽ Ἀςυόχῳ παραδȣ̃ναι τὰς ναῦς ξυμπλέων, μαλακὸς ἦν περὶ τȣ̃ μισθȣ̃) ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάςῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδȣ τȣ̃ μηνός· καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσῳ πλείȣς νῆες ἦσαν τȣ́τȣ τȣ̃ ἀριθμȣ̃, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τȣ̃τον ἐδίδοτο.

λ΄. Τȣ̃ δ᾽ αὐτȣ̃ χειμῶνος, τοῖς ἐν τῇ

Σάμῳ Ἀθηναίοις, προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν ϗ οἴκοθεν ἄλλαι νῆες πέντε ϗ τριάκοντα, ϗ ϛρατηγοὶ Χαρμῖνος ϗ Στρομβιχίδης ϗ Εὐκτήμων, ϗ τὰς ἀπὸ Χίȣ πάσας ϗ τὰς ἄλλας ξυναγαγόντες, ἐβȣ́λοντο, διακληρωσάμενοι, ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἐφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον καὶ ναυτικὸν ϗ πεζὸν πέμψαι. ϗ ἐποίησαν ȣ̔́τω. Στρομβιχίδης μὲν γὰρ καὶ Ονομακλῆς ϗ Εὐκτήμων, τριάκοντα ναῦς ἔχοντες, ϗ τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἀγαγόντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς, ἐπὶ Χίον λαχόντες ἔπλεον, οἱ δ' ἄλλοι ἐν Σάμῳ μένοντες, τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσὶν ἐθαλασσοκράτȣν, ϗ ἐπίπλȣν τῇ Μιλήτῳ ἐποιȣ̃ντο.

λα'. Ὁ δ' Αϛύοχος, ὡς τότε ἐν τῇ Χίῳ ἔτυχε διὰ τὴν προδοσίαν τȣ̀ς ὁμήρȣς καταλεγόμενος, τȣ́τȣ μὲν ἐπέσχεν, ἐπειδὴ ᾔσθετο τάς τε μετὰ Θηραμένȣς ναῦς ἡκȣ́σας, ϗ τὰ περὶ τὴν ξυμμαχίαν βελ-

apud Samum agebant (ad eos enim domo praeterea venerant, et aliae quinque et triginta naves, et *earum* duces, Charminus et Strombichides et Euctemon) omnibus navibus, tam illis, quae ex Chio, quam aliis, quae aliunde venerant, in unum contractis, *belli provincias* inter ſe ſortiti, Miletum quidem navalibus copiis oppugnare, ſed adverſus Chium et navales et pedeſtres copias mittere ſtatuerunt. Quod etiam fecerunt. Nam Strombichides quidem et Onomacles et Euctemon, cum triginta navibus, quas habebant, et cum parte gravis armaturae militum ad Miletum profectorum, quos ſecum ducebant in actuariis navigiis, in Chium ſortito navigarunt. Caeteri vero *ipſorum collegae* apud Samum remanentes, cum quatuor ac ſeptuaginta navibus mare obtinebant, et claſſis incurſionibus Miletum infeſtabant.

31. Aſtyochus vero, ut per id tempus apud Chium obſides propter proditionis metum deligebat, ab hac quidem re abstinuit, poſtquam intellexit claſſem cum Theramene venire, et res ſociorum in melius proficere.

Aſſumtis autem decem Peloponneſiacis navibus, totidemque Chiis, in altum vela fecit. Cum autem Pteleum adortus fuiſſet, nec expugnaſſet, Clazomenas trajecit: et juſſit eos, qui ex ipſis *Clazomeniis* cum Athenienſibus ſentiebant, Daphnuntem, *in loca mediterranea* migrare, et ad ſuas partes transire. Tamus etiam Ioniae praetor idem jubebat. Sed cum *illi* imperata facere nollent, urbem nullis muris cinctam adortus, cum eam expugnare non poſſet, ipſe quidem Phocaeam et Cumam ingenti vento delatus petiit; caeterae vero naves ad Marathuſam, Pelen, et Drimyſſam inſulas Clazomenis adjacentes appulerunt. Cum autem dies octo, propter *contrarios* ventos illic morati fuiſſent, *res omnes* quaecunque *illic* erant expoſitae, quae ad Clazomenios pertinebant, partim quidem diripuerunt et conſumſerunt, partim vero *in ſuas naves* impoſuerunt, et Phocaeam et Cumam ad Aſtyochum redierunt.

32. Dum autem Aſtyochus hic eſſet, Lesbiorum legati *ad eum* venerunt, qui defectionem *ab Athenienſibus ad Lacedaemo-*

τίῳ ὄντα· λαβὼν δὲ ναῦς, τάς τε Πελοποννησίων δέκα, καὶ Χίας δέκα, ἀνάγεται. καὶ προσβαλὼν Πτελεῷ, καὶ οὐχ ἑλὼν, παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζομενάς· καὶ ἐκέλευεν αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν Δαφνοῦντα, καὶ προσχωρεῖν σφίσι. ξυνεκέλευε δὲ καὶ Τάμως, Ἰωνίας ὕπαρχος ὤν. ὡς δ' οὐκ ἐσήκουον, ἐσβολὴν ποιησάμενος τῇ πόλει οὔσῃ ἀτειχίστῳ, καὶ οὐ δυνάμενος ἑλεῖν, ἀπέπλευσεν ἀνέμῳ μεγάλῳ, αὐτὸς μὲν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, αἱ δὲ ἄλλαι νῆες κατῆραν ἐς τὰς ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομεναῖς νήσους, Μαραθοῦσσαν, καὶ Πήλην, καὶ Δρίμυσσαν. καὶ ὅσα ὑπεξέκειτο αὐτόθι τῶν Κλαζομενίων, ἡμέρας ἐμμείναντες, διὰ τοὺς ἀνέμους, ὀκτὼ, τὰ μὲν διήρπασαν καὶ ἀνάλωσαν, τὰ δὲ ἐσβαλλόμενοι ἀπέπλευσαν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, ὡς Ἀστύοχον.

λβ'. Οντος δ' αὐτοῦ ἐνταῦθα, Λεσβίων πρέσβεις ἀφικνοῦνται, βουλόμενοι ἀποστῆναι·

ϗ αὐτὸν μὲν πείθȣσιν, ὡς δ' οἵ τε Κορίνθιοι καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ἀπρόθυμοι ἦσαν διὰ τὸ πρότερον σφάλμα, ἄρας ἔπλει ἐπὶ τῆς Χίȣ. ϗ χειμασθεισῶν τῶν νεῶν, ὕϛερον ἀφικνȣ̃νται ἄλλαι ἄλλοθεν ἐς τὴν Χίον. ϗ μετὰ τȣ̃το Παιδάριτος τότε παριὼν πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτȣ, γενόμενος ἐν Ερυθραῖς, διαπεραιȣ̃ται αὐτός τε καὶ ἡ ϛρατιὰ ἐς Χίον. ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν πέντε νεῶν ϛρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέων ὡς ἐς πεντακοσίȣς ξὺν ὅπλοις καταλειφθέντες. ἐπαγγελλομένων δέ τινων Λεσβίων τὴν ἀπόϛασιν, προσφέρει τῷ τε Παιδαρίτῳ ϗ τοῖς Χίοις Αϛύοχος λόγον ὡς χρὴ παραγενομένȣς ταῖς ναυσὶν, ἀποϛῆσαι τὴν Λέσβον. ἢ γὰρ ξυμμάχους πλείȣς σφᾶς ἕξειν, ἢ τȣ̀ς Αθηναίȣς, ἤν τι σφάλλωνται, κακώσειν. οἱ δ' ȣ̓κ ἐσήκȣον· ȣ̓δὲ τὰς ναῦς ὁ Παιδάριτος ἔφη τῶν Χίων αὐτῷ προήσειν.

λγ΄. Κἀκεῖνος λαβὼν τάς τε τῶν Κο-

nios facere volebant. Et ei quidem *rem* perſuaſerunt: ſed cum et Corinthii et caeteri ſocii, propter ſuperiorem cladem, minus eſſent promti, *illinc* ſolvens, in Chium navigare coepit. Quamvis autem naves tempeſtate disjectae fuiſſent, poſtea tamen aliae aliunde in Chium pervenerunt. Poſtea vero Paedaritus, qui fuerat apud Erythras, tunc itinere pedeſtri ex Mileto profectus, cum ipſe tum *ipſius* exercitus in Chium trajecit. Habebat autem et ex quinque navibus ad quingentos milites cum armis a Chalcidenſibus relictos. Cum autem quidam Lesbiorum ſe defectionem *ab Athenienſibus* facturos pollicerentur, Aſtyochus rem cum Paedarito Chiisque communicavit, ac dixit in Lesbum cum claſſe *ſibi* proficiſcendum eſſe, ut eam ad defectionem faciendam inducerent. Nam fore *dicebat*, ut vel plus ſociorum ſibi compararent, vel certe (ſi quid minus ſuccederet) Athenienſes vexarent. Sed illi morem ipſi gerere noluerunt. Negavitque Paedaritus ſe Chiorum naves ipſi permiſſurum.

33. Ille vero, aſſumtis quinque Corin-

thiacis, et ſexta Megarica, et una Hermio- nica, et Laconicis illis, quas ipſe ſecum dux- erat, Miletum ad *ſuam* navarchiam abiit, multa Chiis minatus, ſe videlicet nequa- quam *ipſis* opem eſſe laturum, ſi qua ope indigerent. Cum autem ad Corycum *orae* Erythraeae appuliſſet, *illic* ſtationem ha- buit. Athenienſes vero, qui cum copiis ex Samo in Chium navigabant, ipſi quoque ad alteram collis partem *ab hoſte* dirimeban- tur, et *illuc* appulerunt, et alteri alteros la- tuerunt. Aſtyochus autem, cum epiſtolam à Paedarito miſſam accepiſſet, *quae ſignifi- cabat* quosdam Erythraeos captivos ex Sa- mo dimiſſos Erythras ad moliendam prodi- tionem veniſſe, confeſtim Erythras iterum eſt revectus. Ac parum abfuit quin incide- ret in Athenienſes. Paedaritus etiam ab ip- ſis *Chiis, apud quos erat*, digreſſus, *ad A- ſtyochum* trajecit, et *ſimul* habita quaeſtione de iis, qui proditionem moliri videbantur, ubi compertum habuerunt rem totam a cap- tivis, qui ad Samum detinebantur, confictam fuiſſe, ut *hac ſpecioſa proditionis moliendae cauſa ex hoſtium manibus evaderent, ac ſuae* ſaluti conſulerent, *illis* crimine liberatis,

ριν θίων πέντε, καὶ ἑτέραν Μεγαρίδα, καὶ μίαν Ἑρμιονίδα, καὶ ἃς αὐτὸς Λακωνικὰς ἦλθεν ἔχων, ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου πρὸς τὴν ναυαρχίαν, πολλὰ ἀπειλήσας τοῖς Χίοις, ἦ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν ἤν τι δέωνται. καὶ προσβαλὼν Κωρύκῳ τῆς Ερυθραίας, ἐνηυλίσατο. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Σάμου Αθηναῖοι ἐπὶ τὴν Χίον πλέοντες τῇ στρατιᾷ, καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα λόφου διείργοντο, καὶ καθωρμίσαντο, καὶ ἐλελήθεσαν ἀλλήλους, ἐλθούσης δὲ παρὰ Παιδαρίτου ἐπιστολῆς, ὡς Ερυθραίων ἄνδρες αἰχμάλωτοι ἐκ Σάμου ἐπὶ προδοσίᾳ ἐς Ερυθρὰς ἥκουσιν ἀφειμένοι, ἀνάγεται ὁ Αστύοχος εὐθὺς ἐς τὰς Ερυθρὰς πάλιν. καὶ παρὰ τοσοῦτον [ἐγένετο] αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς Αθηναίοις, διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Παιδάριτος παρ' αὐτῶν, καὶ ἀναζητήσαντες τὰ περὶ τῶν δοκούντων προδιδόναι, ὡς εὗρον ἅπαν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου προφασισθὲν, ἀπολύσαντες τῆς αἰτίας, ἀπέ-

πλευσαν· ὁ μὲν ἐς τὴν Χίον, ὁ δὲ ἐς τὴν Μίλητον ἐκομίσθη, ὥσπερ διενοεῖτο.

λδ'. Εν τούτῳ δὲ καὶ ἡ τῶν Αθηναίων στρατιὰ ταῖς ναυσὶν ἐκ τοῦ Κωρύκου περιπλέουσα κατ' Αργῖνον, ἐπιτυγχάνει τρισὶ ναυσὶ τῶν Χίων μακραῖς, καὶ ὥσπερ ἰδόντες αὐτὰς ἐπεδίωκον· καὶ χειμών τε μέγας ἐπιγίγνεται, καὶ αἱ μὲν τῶν Χίων μόγις καταφεύγουσιν ἐς τὸν λιμένα, αἱ δὲ τῶν Αθηναίων, αἱ μὲν μάλιστα ὁρμήσασαι τρεῖς διαφθείρονται, καὶ ἐκπίπτουσι πρὸς τὴν πόλιν τῶν Χίων, καὶ ἄνδρες, οἱ μὲν ἁλίσκονται, οἱ δ' ἀποθνήσκουσιν· αἱ δ' ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα, Φοινικοῦντα καλούμενον. ἐντεῦθεν δ' ὕστερον ἐς τὴν Λέσβον καθορμισάμενοι, παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν.

λε'. Εκ δὲ τῆς Πελοποννήσου τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος Ἱπποκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος ἐκπλεύσας δέκα μὲν Θουρίαις ναυσὶν, ὧν ἦρχε Δωριεὺς ὁ Διαγόρου, τρίτος αὐτὸς,

abierunt. *Et* alter quidem, in Chium, alter vero, Miletum ſe recepit, quemadmodum deſtinarat.

34. Interea vero et Atheniensium claſſis, quae e Coryco prope Arginum circumvehebatur, incidit in tres naves longas Chiorum; et ſimul ac eas conſpexerunt, confeſtim inſequi coeperunt. et ingens tempeſtas eſt exorta, et Chiorum quidem *naves* in portum aegre confugerunt: Athenienſium vero tres *naves*, quae *ante alias* longiſſime procurrerant, perierunt, et ad Chiorum urbem ejectae fuerunt, virique partim capti, partim interfecti fuerunt; caeterae vero, in portum Mimanti ſubjectum, nomine Phoenicuntem, fuga ſe receperunt. Poſtea vero *Athenienſes* hinc ad Lesbum appulſi, ad munitiones excitandas ſe praeparabant.

35. Eadem hyeme Hippocrates Lacedaemonius ex Peloponneſo profectus cum decem navibus Thuriis, quibus praeerat Dorieus Diagorae *filius* cum duobus aliis

collegis, item cum una Laconica, et altera Syracuſana, in Cnidum trajecit. Haec autem a Tiſſapherne jam defecerat. Qui autem apud Miletum erant, cum *horum adventum* ſenſiſſent, juſſerunt dimidium claſſis Cnidum tueri; eas vero *naves*, quae ad Triopium ſtabant, onerariis *cum frumento* ex Aegypto venientibus ſuccurrere. Eſt autem Triopium, prominens *orae* Cnidiae promontorium, Apollini ſacrum. Athenienſes vero, cum *haec* audiſſent, et ex Samo veniſſent, ſex naves, quae praeſidii cauſa ſtationem ad Triopium habebant, ceperunt. At homines ex ipſis aufugerunt. Poſtea vero cum ad Cnidum appuliſſent, et urbem nullis muris munitam adorti fuiſſent, parum abfuit, quin *eam* caperent. Poſtridie vero rurſus *eam* oppugnarunt. Verum cum non amplius aeque nocere poſſent, quod ipſi per noctem melius *urbem* obſepſiſſent, et praeterea iſti, qui ad Triopium ex navibus diffugerant, ad eos ingreſſi veniſſent, Cnidiorum agrum percurrerunt, eoque vaſtato in Samum redierunt.

μιᾷ δὲ Λακωνικῇ, μιᾷ δὲ Συρακουσίᾳ καταπλεῖ ἐς Κνίδον. ἡ δ' ἀφεστήκει ἤδη ἀπὸ Τισσαφέρνους. καὶ αὐτοὺς οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ, ὡς ᾔσθοντο, ἐκέλευον ταῖς μὲν ἡμισείαις τῶν νεῶν Κνίδον φυλάσσειν, ταῖς δὲ περὶ Τριόπιον οὔσαις τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας προσβαλλούσας ξυλλαμβάνειν. ἔστι δὲ τὸ Τριόπιον ἄκρα τῆς Κνιδίας προὔχουσα, Απόλλωνος ἱερόν. πυθόμενοι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ πλεύσαντες ἐκ τῆς Σάμου, λαμβάνουσι τὰς ἐπὶ Τριοπίῳ φρουρούσας ἓξ ναῦς· οἱ δ' ἄνδρες ἀποφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὴν Κνίδον καταπλεύσαντες, καὶ προσβαλόντες τῇ πόλει ἀτειχίστῳ οὔσῃ, ὀλίγου εἷλον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὖθις προσέβαλλον· καὶ, ὡς ἄμεινον φραξαμένων αὐτῶν ὑπὸ νύκτα, καὶ ἐπεισελθόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τοῦ Τριοπίου ἐκ τῶν νεῶν διαφυγόντων, οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, ἐπελθόντες καὶ δῃώσαντες τὴν τῶν Κνιδίων γῆν, ἐς τὴν Σάμον ἀπέπλευσαν.

λϛʹ. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἀϛυόχου ἥκοντος ὡς τὴν Μίλητον ἐπὶ τὸ ναυτικὸν, οἱ Πελοποννήσιοι εὐπόρως ἔτι εἶχον ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ ϛρατόπεδον. καὶ γὰρ μισθὸς ἐδίδοτο ἀρκούντως, καὶ τὰ ἐκ τῆς Ἰάσου μεγάλα χρήματα διαρπασθέντα ὑπῆν τοῖς ϛρατιώταις· οἵ τε Μιλήσιοι προθύμως τὰ τοῦ πολέμου ἔφερον. πρὸς δὲ τὸν Τισσαφέρνην ἐδόκουν ὅμως τοῖς Πελοποννησίοις αἱ πρῶται ξυνθῆκαι, αἱ πρὸς Χαλκιδέα γενόμεναι, ἐνδεεῖς εἶναι, καὶ οὐ πρὸς σφῶν μᾶλλον· καὶ ἄλλας ἐπὶ Θηραμένους παρόντος ἐποίουν. καὶ εἰσὶν αἵδε.

λζʹ. ‘ ΞΥΝΘΗΚΑΙ Λακεδαιμονίων ‘ καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖ- ‘ ον, καὶ τοὺς παῖδας τοῦ βασιλέως καὶ Τισσα- ‘ φέρνην, σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν κατὰ τά- ‘ δε· Ὁπόση χώρα καὶ πόλεις βασιλέως ‘ εἰσὶ Δαρείου, ἢ τοῦ πατρὸς ἦσαν ἢ τῶν ‘ προγόνων, ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι ἐπὶ πο- ‘ λέμῳ, μηδὲ κακῷ μηδενὶ, μήτε Λακεδαι-

36. Per idem tempus, cum Aſtyochus Miletum ad claſſem veniſſet, res omnes, quae ad copias *alendas* ſunt neceſſariae, Peloponneſiis adhuc abunde ſuppetebant. Nam ſtipendium, quantum ſatis erat, *ipſis* ſuppeditabatur, et praeterea magna pecuniae ex Iaſo direptae vis militibus ſupererat. Et Mileſii alacriter onera belli ſustinebant. Veruntamen illa ſuperiora foedera, quae a Chalcideo cum Tiſſapherne facta fuerant, Peloponneſiis videbantur manca, nec magis pro ipſis, *quam pro Rege facere.* Quamobrem alia Theramene praeſente fecerunt; in haec verba.

37. ‘ Pactiones inter Lacedaemoni-‘ os, ſociosque, et Regem Darium, Regis-‘ que filios, et Tiſſaphernem, ut foedera ‘ ſint et amicitia his conditionibus. Quae-‘ cunque regio, et urbes ſunt regis Darii, ‘ aut *quae* patris aut majorum *ipſius* fue-‘ runt, adverſus iſtas ne eant, aut belli in-‘ ferendi cauſa, aut quoquo modo nocendi

‘ gratia, vel Lacedaemonii vel Lacedaemoniorum ſocii. Neve tributa exigant ex his urbibus aut Lacedaemonii, aut Lacedaemoniorum ſocii. Neque viciſſim rex Darius, aut ullus eorum, quibus Rex imperat, adverſus Lacedaemonios eorumve ſocios eat, ut bellum illis inferat, aut ullo maleficio afficiat. Si qua autem in re Lacedaemonii vel *eorum* ſocii Regis opera indigeant, aut Rex Lacedaemoniorum vel ſociorum, quicquid alteri alteris mutuo perſuaſerint, hoc ſi fecerint, praeclarum eſſe ducatur. Bellum autem, quod cum Athenienſibus illorumque ſociis geretur, hoc utrique communiter adminiſtrent; quod ſi id diſſolvere placuerit, communiter utrique diſſolvant. Exercitui autem, qui in Regis ditione fuerit, ſi Rex *eum* acceſſiverit, Rex ſtipendium praebeat. Si qua autem civitatum, quae pactionem *foedusque* cum Rege fecerunt, in Regis ditionem invaſerit, caeteri prohibeant, Regique pro viribus opem ferant. Rurſus ſi

‘ μονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τοὺς Λακε-
‘ δαιμονίων· μήτε φόρους πράσσεσθαι ἐκ
‘ τῶν πόλεων τούτων μήτε Λακεδαιμονίους,
‘ μήτε τοὺς ξυμμάχους τῶν Λακεδαιμονί-
‘ ων· μηδὲ Δαρεῖον βασιλέα, μηδὲ ὧν ὁ
‘ βασιλεὺς ἄρχει, ἐπὶ Λακεδαιμονίους μη-
‘ δὲ τοὺς ξυμμάχους ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ, μηδὲ
‘ κακῷ μηδενί. ἢν δέ τι δέωνται Λακεδαι-
‘ μόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι βασιλέως, ἢ βασι-
‘ λεὺς Λακεδαιμονίων ἢ τῶν ξυμμάχων,
‘ ὅ,τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους, τοῦτο ποιοῦσι
‘ καλῶς ἔχειν. τὸν δὲ πόλεμον τὸν πρὸς
‘ Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κοινῇ ἀμφο-
‘ τέρους πολεμεῖν. ἢν δὲ κατάλυσιν ποιῶν-
‘ ται, κοινῇ ἀμφοτέρους ποιεῖσθαι. ὁπόση δ᾽
‘ ἂν στρατιὰ ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ βασιλέως ᾖ, με-
‘ ταπεμψαμένου βασιλέως, τὴν δαπάνην
‘ βασιλέα παρέχειν. ἢν δέ τις τῶν πόλεων
‘ ὁπόσαι ξυνέθεντο βασιλεῖ, ἐπὶ τὴν βασι-
‘ λέως ἴῃ χώραν, τοὺς ἄλλους κωλύειν, καὶ ἀ-
‘ μύνειν βασιλεῖ κατὰ τὸ δυνατόν. καὶ ἤν τις

‘ τῶν ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ, ἢ ὅσης βασι-
‘ λεὺς ἄρχει, ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων ἴῃ ἢ
‘ τῶν ξυμμάχων, βασιλεὺς κωλυέτω, ϗ
‘ ἀμυνέτω κατὰ τὸ δυνατόν.’

λή. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ξυνθήκας, Θηραμένης μὲν, παραδοὺς Ἀςυόχῳ τὰς ναῦς, ἀποπλέων ἐν κέλητι, ἀφανίζεται. οἱ δ’ ἐκ τῆς Λέσϐȣ Ἀθηναῖοι ἤδη διαϐεϐηκότες τὴν Χίον τῇ ςρατιᾷ, ϗ κρατȣ̃ντες τῆς γῆς ϗ θαλάσσης, Δελφίνιον ἐτείχιζον, χωρίον ἄλλως τε ἐκ γῆς καρτερὸν, ϗ λιμένας ἔχον, ϗ τῆς τῶν Χίων πόλεως ȣ̓ πολὺ ἀπέχον. οἱ δὲ Χῖοι, ἐν πολλαῖς ταῖς πρὶν μάχαις πεπληγμένοι, ϗ ἄλλως ἐν σφίσιν αὐτοῖς ȣ̓ πάνυ εὖ διακείμενοι, ἀλλὰ ϗ τῶν μετὰ τȣ̃ Τυδέως τȣ̃ Ἴωνος ἤδη ὑπὸ Πεδαρίτȣ ἐπ’ Ἀττικισμῷ τεθνεώτων, καὶ τῆς ἄλλης πόλεως κατ’ ἀνάγκην ἐς ὀλίγον κατεχομένης, ὑπόπτως διακείμενοι ἀλλήλοις ἡσύχαζον· ϗ ȣ̓τ’ αὐτοὶ διὰ ταῦτα, ȣ̓τε οἱ μετὰ Πεδαρίτȣ ἐπίκȣροι ἀξιόμαχοι

'quis eorum, qui ſunt in Regis agro, aut 'eo cui Rex imperat, in Lacedaemoniorum 'vel ſociorum *agrum* invaſerit, Rex prohi'beat, et pro viribus opem *ipſis* ferat.'

38. Poſt has pactiones Theramenes quidem, traditis Aſtyocho navibus, actuario navigio diſcedens, ex *hominum* conſpectu ſublatus eſt. Athenienſes vero e Lesbo ad Chium cum *ſuis* copiis appulſi, et terra ac mari potiti, Delphinium muniverunt, locum alioqui et a terra munitum, et portus habentem, nec procul a Chiorum urbe diſtantem. Chii vero, tum quod ſuperioribus proeliis ſaepius afflicti fuiſſent, tum quod alioqui inter ſe ipſos *animis* non admodum bene affecti eſſent, ſed etiam, quod Tydeus Ion, ejusque ſocii propter Atticismum, a Pedarito jam morte mulctati fuiſſent, et reliqua civitatis pars a paucorum dominatu coacta premeretur, mutuo ſuſpecti eſſent, quieſcebant. His igitur de cauſis nec ipſi, nec illae auxiliares copiae, quae cum Pedarito erant, ſatis firmae videbantur ad proe-

lium cum ipſis *Athenienſibus* committendum. Miletum tamen miſerunt, orantes Aſtyochum, ut ſibi ſuccurreret. Sed cum ille morem ipſis gerere nollet, Pedaritus de illo, ut rempublicam laedente, Lacedaemonem ſcribit. Atque res quidem, quae ab Athenienſibus in Chio gerebantur, in hoc erant ſtatu. Sed naves ipſorum, quae apud Samum ſtationem habebant, incurſionibus quidem infeſtabant eas, quae apud Miletum ſtabant; ſed cum adverſus prodire nollent, *Athenienſes* in Samum rurſus ſeſe recipientes, quieſcebant.

39. Per eandem hyemem illae ſeptem et viginti naves, quae Pharnabazo a Lacedaemoniis praeparatae fuerant, Calligeti Megarenſis et Timagorae Cyziceni opera, ex Peloponneſo profectae, circa ſolſtitium in Ioniam trajecerunt. Illiſque praeerat Antiſthenes Spartanus. Cum hoc autem Lacedaemonii miſerunt etiam undecim viros Spartanos (quorum unus erat Lichas Arceſilai *filius*) ut Aſtyochus eorum conſilio uteretur. Ipſis autem praeceptum fuerat, ut

αὐτοῖς ἐφαίνοντο. ἐς μέντοι τὴν Μίλητον ἔπεμπον, κελεύοντες σφίσι τὸν Ἀςύοχον βοηθεῖν· ὡς δ᾽ οὐκ ἐσήκουεν, ἐπιςέλλει περὶ αὐτοῦ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ὁ Πεδάριτος ὡς ἀδικοῦντος. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ Χίῳ ἐς τοῦτο καθειςήκει τοῖς Ἀθηναίοις. αἱ δ᾽ ἐκ τῆς Σάμου νῆες αὐτοῖς ἐπίπλους μὲν ἐποιοῦντο ταῖς ἐν τῇ Μιλήτῳ, ἐπεὶ δὲ μὴ ἀντανάγοιεν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἡσύχαζον.

λθ΄. Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσου ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι αἱ τῷ Φαρναβάζῳ ὑπὸ Καλλιγείτου τοῦ Μεγαρέως καὶ Τιμαγόρου τοῦ Κυζικηνοῦ πρασσόντων παρασκευασθεῖσαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες, ἄρασαι ἔπλεον ἐπὶ Ἰωνίας, περὶ ἡλίου τροπάς· καὶ ἄρχων ἔπλει αὐτῶν Ἀντισθένης Σπαρτιάτης. ξυνέπεμψαν δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ ἕνδεκα ἄνδρας Σπαρτιατῶν ξυμβούλους Ἀςυόχῳ, ὧν εἷς ἦν Λίχας ὁ Ἀρκεσιλάου. καὶ εἴρητο αὐτοῖς, ἐς Μίλητον

ἀφικομένους, τῶν τε ἄλλων ξυνεπιμελεῖσθαι ᾗ μέλλει ἄριστα ἕξειν, καὶ τὰς ναῦς ταύτας, ἢ αὐτάς, ἢ πλείους, ἢ καὶ ἐλάσσους, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ὡς Φαρνάβαζον (ἢν δοκῇ) ἀποπέμπειν, Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου, ὃς ξυνέπλει, ἄρχοντα προστάξαντας· καὶ Ἀστύοχον, ἢν δοκῇ τοῖς ἕνδεκα ἀνδράσι, παύειν τῆς ναυαρχίας, Ἀντισθένην δὲ καθιστάναι. πρὸς γὰρ τὰς τοῦ Πεδαρίτου ἐπιστολὰς ὑπώπτευον αὐτόν. πλεύσασαι οὖν αἱ νῆες ἀπὸ Μαλέας πελάγιαι, Μήλῳ προσέβαλον, καὶ περιτυχόντες ναυσὶ δέκα Ἀθηναίων, τὰς τρεῖς λαμβάνουσι κενάς, καὶ καταχαίουσι. μετὰ δὲ τοῦτο, δεδιότες μὴ αἱ διαφυγοῦσαι τῶν Ἀθηναίων ἐκ τῆς Μήλου νῆες (ὅπερ ἐγένετο) μηνύσωσι τοῖς ἐν τῇ νήσῳ τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν, πρὸς τὴν Κρήτην πλεύσαντες, καὶ πλείω τὸν πλοῦν διὰ φυλακῆς ποιησάμενοι, ἐς τὴν Καῦνον τῆς Ἀσίας κατῆραν. ἐντεῦθεν δή, ὡς ἐν ἀσφαλεῖ ὄντες, ἀγγελίαν ἔπεμπον ἐπὶ τὰς ἐν

Miletum profecti, ſimul cum alia curarent, ut quam optime haberent, tum vero has ipſas naves, vel totidem, vel plures, vel etiam pauciores, in Helleſpontum, ad Pharnabazum (ſi videretur) mitterent, et Clearchum Ramphiae *filium*, qui in eadem claſſe vehebatur, *his* ducem praeficerent, et Aſtyochum (ſi undecim viris placeret) amoverent a navarchia, et Antiſthenem *in ejus locum* ſubſtituerent. Nam propter Pedariti epiſtolas ipſum *Aſtyochum* ſuſpectum habebant. Cum igitur hae naves a Malea per altum navigarent, ad Melum appulerunt, et cum incidiſſent in decem Athenienſium naves, tres *earum* inanes ceperunt, et cremarunt. Poſtea vero, veriti ne *reliquae* Athenienſium naves ex Melo elapſae (quod accidit) Athenienſibus in inſula *Samo* ſtationem habentibus ſuum adventum notum facerent, Cretam verſus navigantes, et confecto longiore navigationis curſu, ut tutius iter facerent, ad Caunum Aſiae appulerunt. Hinc vero, quaſi in tuto *jam* eſſent, nuntium miſerunt ad claſſem, quae ad Miletum ſtabat,

ut ejus praeſidio muniti *illuc* deducerentur.

40. Interea vero Chii et Pedaritus Aſtyochum, etſi cunctantem, nihilo tamen minus per nuntios *ad eum* miſſos orabant, ut ſibi obſeſſis opem cum tota claſſe ferret, nec maximam *omnium* ſocialium urbium, quae in Ionia eſſent, et a mari intercludi, *ita ut ejus uſu prohiberetur*, et a terra latrociniis diripi pateretur. Chiorum enim ſervi, quia magnus erat eorum numerus, atque adeo, ut in unica urbe, excepta Lacedaemone, maximus, ſimul etiam quia propter *ſuam* multitudinem, in delictis ſeverius *a dominis* plectebantur, poſtquam Athenienſium exercitus munitionibus exſtructis in loco tuto jam collocatus eſſe viſus eſt, multi confeſtim ad ipſos transfugerunt, atque iſti propter notitiam regionis plurima detrimenta, *Chiis* attulerunt. Dicebant igitur Chii, oportere *Aſtyochum* ſibi ſuccurrere, dum adhuc ſpes et facultas eſſet *operis* impediendi, quia Delphinium *adhuc* muniebatur, et munitio erat imperfecta, et dum alia majore munitione *urbs Chiorum* ab *Athenienſium* exercitu

τῇ Μιλήτῳ ναῦς τοῦ ξυμπαρακομισθῆναι.

μ΄. Οἱ δὲ Χῖοι καὶ Πεδάριτος κατὰ τὸν
αὐτὸν χρόνον οὐδὲν ἧσσον, καίπερ διαμέλ-
λοντα τὸν Ἀστύοχον, πέμποντες ἀγγέλους,
ἠξίουν σφίσι πολιορκουμένοις βοηθῆσαι ἁπά-
σαις ταῖς ναυσὶ, καὶ μὴ περιϊδεῖν τὴν μεγί-
στην τῶν ἐν Ἰωνίᾳ ξυμμαχίδων πόλεων ἔκ
τε θαλάσσης εἰργομένην, καὶ κατὰ γῆν
λῃστείαις πορθουμένην. οἱ γὰρ οἰκέται τοῖς
Χίοις πολλοὶ ὄντες, καὶ μιᾷ γε πόλει, πλὴν
Λακεδαιμονίων, πλεῖστοι γενόμενοι, καὶ ἅμα
διὰ τὸ πλῆθος χαλεπωτέρως ἐν ταῖς ἀδι-
κίαις κολαζόμενοι, ὡς ἡ στρατιὰ τῶν Ἀθη-
ναίων βεβαίως ἔδοξε μετὰ τείχους ἱδρῦσθαι,
εὐθὺς αὐτομολίᾳ τε ἐχρήσαντο πολλοὶ
πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὰ πλεῖστα κακὰ ἐπιστά-
μενοι τὴν χώραν οὗτοι ἔδρασαν. ἔφασαν οὖν
χρῆναι οἱ Χῖοι, ἕως ἔτι ἐλπὶς καὶ δυνατὸν
κωλῦσαι, τειχιζομένου τοῦ Δελφινίου, καὶ
ἀτελοῦς ὄντος, καὶ στρατοπέδῳ καὶ ναυσὶν ἐρύ-
ματος μείζονος προσπεριβαλλομένου, βοη-

θῆσαι σφίσιν. ὁ δὲ Ἀςύοχος, καίπερ ἐ διανοέμενος διὰ τὴν τότε ἀπειλὴν, ὡς ἑώρα καὶ τὲς ξυμμάχες προθύμες ὄντας, ὥρμητο ἐς τὸ βοηθεῖν.

μα΄. Ἐν τέτῳ δὲ ἐκ τῆς Καύνε παραγίγνεται ἀγγελία ὅτι αἱ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες καὶ οἱ τῶν Λακεδαιμονίων ξύμβουλοι πάρεισι. καὶ νομίσας πάντα ὕςερα εἶναι τὰ ἄλλα πρὸς τὸ ναῦς τε, ὅπως θαλασσοκρατοῖεν μᾶλλον, τοσαύτας ξυμπαρακομίσαι, καὶ τὲς Λακεδαιμονίες, οἳ ἧκον κατάσκοποι αὐτῷ, ἀσφαλῶς περαιωθῆναι, εὐθὺς ἀφεὶς τὸ ἐς τὴν Χίον, ἔπλει ἐς τὴν Καῦνον. καὶ ἐς Κῶν τὴν Μεροπίδα ἐν τῷ παράπλῳ ἀποβὰς, τήν τε πόλιν, ἀτείχιςον ἔσαν, καὶ ὑπὸ σεισμῦ, ὃς αὐτοῖς ἔτυχε μέγιςός γε δὴ ὧν μεμνήμεθα γενόμενος, ξυμπεπτωκυῖαν, ἐκπορθεῖ, τῶν ἀνθρώπων ἐς τὰ ὄρη πεφευγότων· καὶ τὴν χώραν καταδρομαῖς λείαν ἐποιεῖτο, πλὴν τῶν ἐλευθέρων. τέτες δὲ ἀφίει. ἐκ δὲ τῆς Κῶ ἀφι-

navibusque circumvallaretur. Aſtyochus vero, quamvis propter minas, quibus tunc apud ipſos uſus fuerat, *opem ipſis ferre* non ſtatuiſſet, tamen cum et ipſos ſocios propenſos eſſe vidiſſet, ad ſuccurrendum ſe accinxit.

41. Interea vero nuntius ex Cauno venit, ſeptem illas et viginti Lacedaemoniorum naves, et conſiliarios adeſſe. Quamobrem cum exiſtimaſſet caetera omnia poſthabenda eſſe, ut et tot naves illis obviam mitteret, quae illos *Miletum* ſuo praeſidio ſeptos deducerent, ut maris imperium facilius obtinerent, et Lacedaemonii, qui ad ipſius actiones explorandas veniebant, *illuc* tuto trajicerent, confeſtim omiſſa in Chium navigatione, in Caunum navigavit. In ipſa autem praetervectione, copiis in Con Meropidem expoſitis, et urbem nullis cinctam muris, et terraemotu (qui maximus omnium, quos meminimus, illius inſulae incolis contigit) colapſam diripuit, oppidanis in montes dilapſis. Et agrum percurrens, praedam abegit, praeterquam *hominum* liberorum, hos enim dimittebat. Ex Co autem

in Cnidum noctu profectus, vehementibus Cnidiorum precibus adductus eſt, ne *ſuos* nautas exponeret; ſed, ut ſe habebat, confeſtim navigaret adverſus viginti Athenienſium naves, cum quibus Charminus, unus e ducibus qui apud Samum agebant, obſervabat has ſeptem et viginti naves, ex Peloponneſo venientes, ad quas et Aſtyochus navigabat. Nam *Athenienſes*, qui in Samo erant, ex Mileto de hujus claſſis adventu certiores facti fuerant; et negotium Charmino datum fuerat, ut hanc obſervaret circa Symam et Chalcen et Rhodum et Lyciam. Jam enim *Charminus* eas in Cauno eſſe acceperat.

42. Aſtyochus igitur, ut ſe habebat, ad Symam *celeriter* tendebat, adventus ſui famam praevertere *cupiens*, ſi forte claſſem *hoſtilem* in alto nanciſci poſſet. Sed imber coelumque nubilum perturbationem ejus navibus attulit, et effecit, ut in tenebris vagarentur. Et ſimul ac dies illuxit, cum ejus claſſis eſſet diſperſa, et ſiniſtrum quidem cornu jam in Athenienſium conſpectum ve-

κόμενος ἐς τὴν Κνίδον νυκτὸς, ἀναγκάζεται ὑπὸ τῶν Κνιδίων παραινούντων μὴ ἐκβιβάσαι τοὺς ναύτας, ἀλλ' ὥσπερ εἶχε, πλεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς εἴκοσιν, ἃς ἔχων Χαρμῖνος, εἷς τῶν ἐκ Σάμου στρατηγῶν, ἐφύλασσε ταύτας τὰς ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ναῦς, ἐκ τῆς Πελοποννήσου προσπλεύσας, ἐφ' ἅσπερ καὶ ὁ Ἀστύοχος παρέπλει. ἐπύθοντο δὲ οἱ ἐν τῇ Σάμῳ ἐκ τῆς Μιλήτου τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν, καὶ ἡ φυλακὴ τῷ Χαρμίνῳ περὶ τὴν Σύμην καὶ Χάλκην καὶ Ῥόδον καὶ περὶ τὴν Λυκίαν ἦν. ἤδη γὰρ ᾐσθάνετο καὶ ἐν τῇ Καύνῳ οὔσας αὐτάς.

μϐ. Ἐπέπλει οὖν, ὥσπερ εἶχε, πρὸς τὴν Σύμην ὁ Ἀστύοχος, πρὶν ἔκπυστος γενέσθαι, εἴπως περιλάβοι που μετεώρους τὰς ναῦς. καὶ αὐτῷ ὑετός τε καὶ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ξυνέφελα ὄντα πλάνησιν τῶν νεῶν ἐν τῷ σκότει καὶ ταραχὴν παρέσχε. καὶ ἅμα τῇ ἕῳ, διεσπασμένου τοῦ ναυτικοῦ, καὶ τοῦ μὲν φανεροῦ ἤδη ὄντος τοῖς Ἀθηναίοις τοῦ εὐωνύ-

μου κέρως, τοῦ δὲ ἄλλου περὶ τὴν νῆσον ἔτι πλανωμένου, ἐπανάγονται κατὰ τάχος ὁ Χαρμῖνος καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐλάσσοσιν ἢ ταῖς εἴκοσι ναυσὶ, νομίσαντες ἅσπερ ἐφύλασσον ναῦς, τὰς ἀπὸ τῆς Καύνου, ταύτας εἶναι. καὶ προσπεσόντες εὐθὺς, κατέδυσάν τε τρεῖς, καὶ κατετραυμάτισαν ἄλλας. καὶ ἐν τῷ ἔργῳ ἐπεκράτουν, μέχρις οὗ ἐπεφάνησαν αὐτοῖς παρὰ δόξαν αἱ πλείους τῶν νεῶν, καὶ πανταχόθεν ἀπεκλείοντο. ἔπειτα δὲ ἐς φυγὴν καταστάντες, ἓξ μὲν ναῦς ἀπολλύασι, ταῖς δὲ λοιπαῖς καταφεύγουσιν ἐς τὴν Τεύγλουσσαν νῆσον. ἐντεῦθεν δὲ, ἐς Ἁλικαρνασσόν. μετὰ δὲ τοῦτο, οἱ μὲν Πελοποννήσιοι, ἐς Κνίδον κατάραντες, καὶ ξυμμιγεισῶν τῶν ἐκ τῆς Καύνου ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νεῶν αὐτοῖς, ξυμπάσαις πλεύσαντες, καὶ τροπαῖον ἐν τῇ Σύμῃ στήσαντες, πάλιν ἐς τὴν Κνίδον καθωρμίσαντο.

μγ'. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ταῖς ἐκ τῆς Σάμου ναυσὶ πάσαις, ὡς ᾔσθοντο τὰ τῆς ναυ-

niret, alterum vero circum inſulam adhuc vagaretur, confeſtim Charminus et Athenienſes cum navibus, quae pauciores erant quam viginti, adverſus *hoſtium naves* tendunt, exiſtimantes has eſſe naves illas, quas ex Cauno venientes obſervabant. Et impreſſione *in eas* ſtatim facta, tres *illarum* depreſſerunt, aliasque lacerarunt. Et in hoc proelio victoriam obtinuerunt, donec pleraeque *Lacedaemoniorum* naves praeter opinionem in ipſorum conſpectum *repente* venerunt, *à quibus* etiam undique concluſi fuerunt. Tunc vero in fugam ſe conjecerunt, et ſex naves amiſerunt; at cum caeteris in inſulam Teugluſſam confugerunt. Hinc vero, in Halicarnaſſum. Poſtea vero, Peloponneſii quidem, cum ad Cnidum appuliſſent, et ſeptem ac viginti naves ex Cauno profectas ſibi adjunxiſſent, cum univerſa claſſe Symam petierunt, ibique tropaeo ſtatuto, in Cnidi ſtationem redierunt.

43. Athenienſes vero cum omnibus navibus, quae ad Samum ſtabant, poſtquam

navale proelium commiſſum intellexerint, in Symam iverunt. Cum autem nec ipſi claſſem, quae ad Cnidum ſtabat, invaſiſſent, nec illi, *qui illic erant*, in ipſos *impreſſionem feciſſent*, ſed navium armamenta, quae erant in Syma, ſumſiſſent, et Loryma, quae ſunt in continente, oppugnaſſent, Samum redierunt. Cum autem omnes Peloponneſiorum naves in Cnido jam eſſent, reficiebantur, ſi quid oportebat. Et undecim illi Lacedaemoniorum viri cum Tiſſapherne (aderat enim) agebant cum de rebus jam transactis, ſi qua *illarum* ipſis non placeret, tum etiam de futuro bello, qua ratione optime et maxime ex utrorumque utilitate gerendum eſſet. Praecipue vero Lichas conſiderabat ea, quae fiebant, et neutrum foedus, *aut a Chalcideo* aut a Theramene bene factum eſſe dicebat. Indignum enim profecto eſſe, ſi cuicunque provinciae Rex ejusque majores prius imperaſſent, huic nunc etiam *Rex* imperare vellet. Oportuiſſet enim *hoc modo* et omnes inſulas, et Theſſaliam, et Locros, et regiones, quae usque ad

μαχίας, πλεύσαντες ἐς τὴν Σύμην, ϗ ἐπὶ μὲν τὸ ἐν τῇ Κνίδῳ ναυτικὸν οὐχ ὁρμήσαντες, οὐδ' ἐκεῖνοι ἐπ' ἐκείνους, λαβόντες δὲ τὰ ἐν τῇ Σύμῃ σκεύη τῶν νεῶν, ϗ Λορύμαις τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ προσβαλόντες, ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Σάμον. ἅπασαι δ' ἤδη οὖσαι ἐν τῇ Κνίδῳ αἱ τῶν Πελοποννησίων νῆες ἐπεσκευάζοντό τε εἴ τι ἔδει, ϗ πρὸς τὸν Τισσαφέρνην (παρεγένετο γὰρ) λόγους ἐποιοῦντο οἱ ἕνδεκα ἄνδρες τῶν Λακεδαιμονίων περί τε τῶν ἤδη πεπραγμένων, εἴ τι μὴ ἤρεσκεν αὐτοῖς, ϗ περὶ τοῦ μέλλοντος πολέμου, ὅτῳ τρόπῳ ἄριστα ϗ ξυμφορώτατα ἀμφοτέροις πολεμήσεται. μάλιστα δὲ ὁ Λίχας ἐσκόπει τὰ ποιούμενα, ϗ τὰς σπονδὰς οὐδετέρας, οὔτε τὰς Θηραμένους ἔφη καλῶς ξυγκεῖσθαι, ἀλλὰ δεινὸν εἶναι εἰ χώρας ὅσης βασιλεὺς ϗ οἱ πρόγονοι ἦρξαν πρότερον, ταύτης ϗ νῦν ἀξιώσει κρατεῖν. ἐνῆν γὰρ ϗ νήσους ἁπάσας πάλιν δουλεύειν, ϗ Θεσσαλίαν, ϗ Λοκρούς, ϗ τὰ μέχρι Βοιω-

τῶν, ϗ ἀντ' ἐλευθερίας ἂν Μηδικὴν ἀρχὴν τοῖς Ἕλλησι τὰς Λακεδαιμονίους περιθεῖναι. ἑτέρας οὖν ἐκέλευε βελτίους σπένδεσθαι, ἢ ταύταις γε οὐ χρήσεσθαι, οὐδὲ τῆς τροφῆς ἐπὶ τούτοις δεῖσθαι οὐδέν. ἀγανακτῶν δὲ ὁ μὲν Τισσαφέρνης ἀπεχώρησεν ἀπ' αὐτῶν δι' ὀργῆς, ϗ ἄπρακτος.

μδ. Οἱ δ' ἐς τὴν Ῥόδον, ἐπικηρυκευομένων ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν, τὴν γνώμην εἶχον πλεῖν, ἐλπίζοντες νῆσόν τε οὐκ ἀδύνατον ϗ ναυβατῶν πλήθει ϗ πεζῷ προσάξεσθαι, ϗ ἅμα ἡγούμενοι αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ξυμμαχίας δυνατοὶ ἔσεσθαι, Τισσαφέρνην μὴ αἰτοῦντες χρήματα, τρέφειν τὰς ναῦς. πλεύσαντες οὖν εὐθὺς ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι ἐκ τῆς Κνίδου, ϗ προσβαλόντες Καμείρῳ τῆς Ῥοδίας πρώτῃ ναυσὶ τέσσαρσι καὶ ἐννενήκοντα, ἐξεφόβησαν μὲν τοὺς πολλούς, οὐκ εἰδότας τὰ πρασσόμενα, ϗ ἔφευγον, ἄλλως τε ϗ ἀτειχίστου οὔσης τῆς πόλεως· εἶτα ξυγκαλέσαντες οἱ

Boeotorum fines pertinebant, in ſervitutem rurſus redigi, et Lacedaemonios pro libertate imperium Medorum Graeciae *cervicibus* imponere. Alia igitur *foedera* meliora fieri jubebat, aut iſtis ſe non uſurum, nec ob has *pactiones* ullo ſtipendio opus eſſe. Tiſſaphernes autem indignatus, ab ipſis iratus, et infecto negotio abſceſſit.

44. Illi vero in Rhodum, a primoribus viris per praeconem accerſiti, navigare in animo habebant: ſperantes fore, ut inſulam et navalibus et pedeſtribus copiis inſtructam ſibi adjungerent, ſimul etiam exiſtimantes ſe praeſentis ſocietatis beneficio poſſe navales copias alere, nullam pecuniam a Tiſſapherne petentes. Protinus igitur per eandem hyemem ex Cnido profecti, et ad Camirum *orae* Rhodiae primum appulſi cum quatuor et nonaginta navibus, multis quidem terrorem injecerunt, ignaris quae agerentur, et *ideo* profugerant, praeſertim quod urbs nullis muris eſſet munita. Sed poſtea Lacedaemonii cum et iſtos, et duarum civi-

tatum Lindi et Ielyſi *cives* Rhodios convocaſſent, *ipſis* perſuaſerunt, ut ab Athenienſibus deficerent. Atque Rhodus ſe Peloponneſiis adjunxit. Athenienſes vero, cum *hoc* intellexiſſent, ſub idem tempus cum claſſe e Samo ſolverunt, *Rhodiorum defectionem* antevertere cupientes, et conſpecti quidem ſunt, dum curſum in alto tenerent. Sed cum ſerius aliquanto veniſſent, tunc quidem in Chalcen, hinc vero in Samum celeriter abierunt. Poſtea vero et ex Chalce et ex Co et ex Samo incurſiones in Rhodum facientes, bellum gerebant. Peloponneſii vero pecunias ad duo et triginta talenta a Rhodiis exegerunt, in caeteris vero rebus, ſubductis navibus, *ibi* per octoginta dies quieverunt.

45. Interea vero, quinetiam multo ante quam ipſi *Peloponneſii caſtra* Rhodum verſus moviſſent, haec *quae ſequuntur* geſta ſunt. Alcibiades poſt Chalcidei necem, et proelium commiſſum ad Miletum, in ſuſpicionem Peloponneſiis venit. Cum autem e-

Λακεδαιμόνιοι τούτους τε καὶ τοὺς ἐκ τῶν δυοῖν πόλεοιν Λίνδου τε καὶ Ιηλυσοῦ Ῥοδίους, ἔπεισαν ἀποστῆναι Αθηναίων. καὶ προσεχώρησε Ῥόδος Πελοποννησίοις. οἱ δὲ Αθηναῖοι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ταῖς ἐκ τῆς Σάμου ναυσὶν αἰσθόμενοι ἔπλευσαν μὲν, βουλόμενοι φθάσαι, καὶ ἐφάνησαν πελάγιοι· ὑστερήσαντες δὲ οὐ πολλῷ, τὸ μὲν παραχρῆμα ἀπέπλευσαν ἐς Χάλκην, ἐντεῦθεν δ' ἐς Σάμον· ὕστερον δὲ ἐκ τῆς Χάλκης καὶ ἐκ τῆς Κῶ καὶ ἐκ τῆς Σάμου τοὺς ἐπίπλους ποιούμενοι, ἐπὶ τὴν Ῥόδον ἐπολέμουν. οἱ δὲ χρήματα μὲν ἐξέλεξαν ἐς δύο καὶ τριάκοντα τάλαντα οἱ Πελοποννήσιοι παρὰ τῶν Ῥοδίων, τὰ δ' ἄλλα ἡσύχαζον ἡμέρας ὀγδοήκοντα, ἀνελκύσαντες τὰς ναῦς.

με'. Ἐν δὲ τούτῳ, καὶ ἔτι πρότερον πρὶν ἐς τὴν Ῥόδον αὐτοὺς ἀναστῆναι, τάδε ἐπράσσετο. Αλκιβιάδης μετὰ τὸν Χαλκιδέως θάνατον, καὶ τὴν ἐν Μιλήτῳ μάχην, τοῖς Πελοποννησίοις ὕποπτος ὤν, καὶ ἀπ' αὐ-

τῶν ἀφικομένης ἐπιστολῆς πρὸς Ἀστύοχον ἐκ Λακεδαίμονος ὥστ᾽ ἀποκτεῖναι, (ἦν γὰρ τῷ Ἄγιδι ἐχθρὸς, καὶ ἄλλως ἄπιστος ἐφαίνετο) πρῶτον μὲν ὑποχωρεῖ δείσας παρὰ Τισσαφέρνην, ἔπειτα ἐκάκου πρὸς αὐτὸν ὅσον ἐδύνατο μάλιστα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα. καὶ διδάσκαλος πάντων γιγνόμενος, τήν τε μισθοφορὰν ξυνέτεμεν, ἀντὶ δραχμῆς Ἀττικῆς ὥστε τριώβολον (καὶ τοῦτο μὴ ξυνεχῶς) δίδοσθαι· λέγειν κελεύων τὸν Τισσαφέρνην πρὸς αὐτοὺς ὡς Ἀθηναῖοι ἐκ πλείονος χρόνου ἐπιστήμονες ὄντες τοῦ ναυτικοῦ, τριώβολον τοῖς ἑαυτῶν διδόασιν· οὐ τοσοῦτον πενίᾳ, ὅσον ἵνα αὐτῶν μὴ οἱ ναῦται ἐκ περιουσίας ὑβρίζοντες, οἱ μὲν, τὰ σώματα χείρω ἔχωσι, δαπανῶντες ἐς τοιαῦτα ἀφ᾽ ὧν ἡ ἀσθένεια ξυμβαίνει, οἱ δὲ, τὰς ναῦς ἀπολιπόντες, ἐς ὁμηρείαν τὸν προσοφειλόμενον μισθόν. καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων ἐδίδασκεν ὥστε δόντα χρήματα,

piſtola de eo interficiendo ad Aſtyochum ab ipſis Lacedaemone miſſa fuiſſet (erat enim Agidi inimicus, et alioqui infidus videbatur) metuens, primum quidem ad Tiſſaphernem ſeceſſit: deinde *vero* apud eum quam maxime poterat Peloponneſiorum rebus nocebat. Et *Tiſſaphernem* omnia docens, ſtipendium imminuit, ita ut pro drachma Attica terni oboli, nec ii aſſidue, ſolverentur: Tiſſaphernem hortans, ut illis diceret, Athenienſes, qui longiore temporis ſpatio rei navalis peritiam haberent, ternos *duntaxat* obolos ſuis *claſſiariis* numerare, non tam propter paupertatem, quam ne ſui nautae propter affluentiam *ſtipendii* inſolentius viventes, partim quidem corpora imbecilliora haberent, *ſtipendium* impendentes in ea, unde *corporum* imbecillitas contingit, partim vero claſſem *imbecilliorem redderent, eam ac reliquum* ſtipendium *ipſis* debitum deſerentes, *ac trierarchis ſui loco relinquentes* ut obſidem. Idem ipſum edocuit, ut trierarchos et civitatum duces, pecunia *ipſis* data, ad hanc rem ſibi conceden-

dam induceret, exceptis Syracuſanis. Horum enim *dux* Hermocrates, ſolus *omnium*, ſocialis claſſis nomine *huic rei* adverſabatur. Civitates quoque, quae pecuniam poſtulabant, ipſe Tiſſaphernis nomine repulſam paſſas amandabat, dicens Chios quidem impudentes eſſe, qui, cum eſſent *omnium* Graecorum ditiſſimi, et auxiliarum copiarum beneficio ſervarentur, poſtularent tamen, ut alii et corporibus et pecuniis pro ipſorum libertate pericula ſubirent. Alias vero civitates injuſte facere dicebat, ſi, quae pro Athenienſibus, antequam *ab illis* defeciſſent, ſumtus facere conſueviſſent, nunc etiam pro ſe ipſis tantundem aut etiam plus conferre nollent. Dicebat etiam Tiſſaphernem, nunc quidem, quod ſuis pecuniis bellum gereret, jure *ſuis pecuniis* parcere. Sed ſi quando ſtipendium a Rege mitteretur, *ſe* ſtipendium integrum ipſis redditurum, et civitates, ut par eſſet, ſublevaturum.

46. Idem *Alcibiades* Tiſſapherni praeterea ſuadebat, ne nimium properaret bel-

αὐτὸν πεῖσαι ὥστε ξυγχωρῆσαι ταῦτα ἑαυτῷ, πλὴν τῶν Συρακουσίων. τούτων δὲ, Ἑρμοκράτης τε ἠναντιοῦτο μόνος ὑπὲρ τοῦ ξύμπαντος ξυμμαχικοῦ, τάς τε πόλεις δεομένας χρημάτων ἀπήλασεν αὐτὸς, ἀντιλέγων ὑπὲρ τοῦ Τισσαφέρνους, ὡς οἱ μὲν Χῖοι ἀναίσχυντοι εἶεν, πλουσιώτατοι ὄντες τῶν Ἑλλήνων, ἐπικουρίᾳ δὲ ὅμως σωζόμενοι, ἀξιοῦσι καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασιν ἄλλους ὑπὲρ ἐκείνων ἐλευθερίας κινδυνεύειν. τὰς δ᾽ ἄλλας πόλεις ἔφη ἀδικεῖν, αἳ ἐς Ἀθηναίους πρότερον ἀποστῆναι ἀνάλουν, εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἐθελήσουσιν ἐσφέρειν. τόν τε Τισσαφέρνην ἀπέφαινε, νῦν μὲν, τοῖς ἰδίοις χρήμασι πολεμοῦντα, εἰκότως φειδόμενον. ἢν δέ ποτε τροφὴ καταβῇ παρὰ βασιλέως, ἐντελῆ αὐτοῖς ἀποδώσειν τὸν μισθὸν, καὶ τὰς πόλεις τὰ εἰκότα ὠφελήσειν.

μϛʹ. Παρῄνει δὲ καὶ τῷ Τισσαφέρνει μὴ ἄγαν ἐπείγεσθαι τὸν πόλεμον διαλῦσαι,

μηδὲ βουληθῆναι κομίσαντα ἢ ναῦς Φοινίσσας, ἅσπερ παρεσκευάζετο μελλήσει πλείοσι μισθὸν πορίζοντα, τοῖς αὐτοῖς τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὸ κράτος δοῦναι, ἔχειν δ' ἀμφοτέρους ἐᾶν δίχα τὴν ἀρχήν, καὶ βασιλεῖ ἐξεῖναι ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἐπάγειν. γενομένης δ' ἂν καθ' ἓν τῆς ἐς γῆν καὶ θάλασσαν ἀρχῆς, ἀπορεῖν ἂν αὐτὸν οἷς τοὺς κρατοῦντας ξυγκαθαιρήσει, ἢν μὴ αὐτὸς βούληται μεγάλῃ δαπάνῃ καὶ κινδύνῳ ἀναστάς ποτε διαγωνίσασθαι. εὐτελέστερα δὲ τὰ δεινὰ βραχεῖ μορίῳ τῆς δαπάνης, καὶ ἅμα μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀσφαλείας αὐτοὺς περὶ ἑαυτοὺς τοὺς Ἕλληνας κατατρῖψαι. ἐπιτηδειοτέρους τε ἔφη τοὺς Αθηναίους εἶναι κοινωνοὺς αὐτῷ τῆς ἀρχῆς. ἧσσον γὰρ τῶν κατὰ γῆν ἐφίεσθαι, τὸν λόγον τε ξυμφορώτατον καὶ τὸ ἔργον ἔχοντας πολεμεῖν; τοὺς μὲν γὰρ ξυγκαταδουλοῦν ἂν σφίσι τε αὐτοῖς τὸ τῆς θαλάσσης μέρος, καὶ ἐκείνῳ ὅσοι ἐν τῇ βασι-

lum finire, neve vel accitis Phoenicum navibus, quas inſtruere ſtatuerat, vel majore *Graecorum* claſſe conducta, iisdem *Graecis* et terrae et maris imperium tradere vellet, ſed ſineret utrosque ſeparatim imperium habere. Fore enim dicebat, ut Regi liceret in eosdem *Graecos*, a quibus offenderetur, alteram partem immittere. Quod ſi ad alteram tantum partem deveniret terrae marisque imperium, ipſum *Regem* deſtitutum iri ſociis, quibuscum opprimeret eos, qui rerum potirentur: niſi vellet ipſemet aliquando copiis adductis cum ingenti et impenſa et periculo adire certamen. Illa autem pericula, quae parvo ſumtu ſubeuntur, leviora eſſe *dicebat*, ſimul etiam *demonſtrabat* fore, ut *Rex* ſine ullo ſuo periculo, ipſos Graecos inter ſe attereret. Addebat etiam, Athenienſes imperii ſocios illi commodiores fore. Imperium enim terreſtre minus *quam Lacedaemonios* affectare, et belli gerendi rationem *Regi* maxime convenientem, verbis factisque ſequi. Nam hos quidem ejus auxiliis munitos in ſuam ipſorum ditionem maris partem redacturos, illumque adjuturos

in omnibus Graecis ſubigendis, qui Regis provincias incolerent. Illos vero, contra, *Graecos* in libertatem vindicaturos venire. Nec veriſimile eſſe Lacedaemonios, Graecos ab ipſis quidem Graecis nunc liberare, ab illis vero Barbaris *eosdem* non eſſe liberaturos, ſi aliquando ipſos *Athenienſes* evverterint. Suadebat igitur *illi*, ut utrosque prius attereret, et ubi quam maximas *res* ab Athenienſibus reſecuiſſet, tunc demum Peloponneſios ex *ſua* regione dimitteret. Atque Tiſſaphernes hanc opinionem magna ex-parte conceperat, quantum ex iis, quae *ab ipſo* fiebant, conjicere licebat. Alcibiadi enim ob haec, ut de his bene monenti, fidem habens, ſtipendium Peloponneſiis parce dabat, neque navale proelium committere ſinebat: ſed etiam dicendo naves Phoenicum venturas, et ex abundanti certaturas, res *illorum* evertit. Et ipſorum claſſi, quae longe validiſſima fuerat, vires abſtulit, et caetera *faciebat* apertius, quam ut ſe occultare poſſet ita, quin alacriter *Peloponneſiis adverſari videretur.*

λέως Ἕλληνες οἰκῶσι· τὺς δὲ, τὐναντίον ἐλευθερώσοντας ἥκειν. καὶ ὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίυς, ἀπὸ μὲν σφῶν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερῶν νῦν τὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δ' ἐκείνων τῶν βαρβάρων, ἢν μή ποτε αὐτὺς μὴ ἐξέλωσι, μὴ ἐλευθερῶσαι. τρίβειν ὖν ἐκέλευε πρῶτον ἀμφοτέρυς, καὶ ἀποτεμόμενον ὡς μέγιστα ἀπὸ τῶν Αθηναίων, ἔπειτ' ἤδη τὺς Πελοποννησίυς ἀπαλλάξαι ἐκ τῆς χώρας. καὶ διενοεῖτο τὸ πλέον ὕτως ὁ Τισσαφέρνης, ὅσα γε ἀπὸ τῶν ποιυμένων ἦν εἰκάσαι. τῷ γὰρ Αλκιβιάδῃ διὰ ταῦτα, ὡς εὖ περὶ τύτων παραινῦντι, προσθεὶς ἑαυτὸν ἐς πίστιν, τήν τε τροφὴν κακῶς ἐπόριζε τοῖς Πελοποννησίοις, καὶ ναυμαχεῖν ὐκ εἴα· ἀλλὰ καὶ τὰς Φοινίσσας ναῦς φάσκων ἥξειν, καὶ ἐκ [τῦ] περιόντος ἀγωνιεῖσθαι, ἔφθειρε τὰ πράγματα· καὶ τὴν ἀκμὴν τῦ ναυτικῦ αὐτῶν ἀφείλετο, γενομένην καὶ πάνυ ἰσχυρὰν, τά τε ἄλλα καταφανέστερον ἢ ὥστε λανθάνειν ὐ προθύμως,

μζ´. Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ταῦτα ἅμα μὲν τῷ Τισσαφέρνει καὶ τῷ βασιλεῖ, ὢν παρ᾽ ἐκείνοις, ἄριστα εἶναι νομίζων, παρῄνει, ἅμα δὲ τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ἐς τὴν πατρίδα ἐπιθεραπεύων, εἰδὼς, εἰ μὴ διαφθερεῖ αὐτὴν, ὅτι ἔσται ποτὲ αὐτῷ πείσαντι κατελθεῖν. πεῖσαι δ᾽ ἂν ἐνόμιζε μάλιστα ἐκ τοῦ τοιούτου εἰ Τισσαφέρνης φαίνοιτο αὐτῷ ἐπιτήδειος ὤν. ὅπερ καὶ ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ ᾔσθοντο αὐτὸν ἰσχύοντα παρ᾽ αὐτῷ οἱ ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίων στρατιῶται, τὰ μὲν καὶ Ἀλκιβιάδου προσπέμψαντος λόγους ἐς τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν ἄνδρας, ὥστε μνησθῆναι περὶ αὐτοῦ ἐς τοὺς βελτίστους τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἐπ᾽ ὀλιγαρχίᾳ βούλεται, καὶ οὐ πονηρίᾳ, οὐδὲ δημοκρατίᾳ τῇ ἑαυτὸν ἐκβαλούσῃ, κατελθὼν, καὶ παρασχὼν Τισσαφέρνην φίλον αὐτοῖς ξυμπολιτεύειν. τὸ δὲ πλέον, καὶ ἀπὸ σφῶν αὐτῶν οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τριήραρχοί τε τῶν Ἀθηναίων, καὶ δυνατώτατοι, ὥρμηντο

47. Alcibiades autem haec Tiſſapherni, Regique, dum apud illos eſſet, ſuadebat, ſimul quidem quod optima factu duceret, ſimul etiam quod ſuum in patriam reditum curaret, quia ſciebat, ſi eam non everteret, fore aliquando, ut *ab Athenienſibus* oratione ſua *adductis* reditum *in eam* impetraret. Exiſtimabat autem, ſe hac ratione potiſſimum *hoc ab illis* impetraturum, ſi Tiſſaphernem ipſi familiarem eſſe conſtaret. Quod etiam accidit. Nam poſtquam milites Athenienſes, qui apud Samum erant, eum apud ipſum *Tiſſaphernem gratia* pollere ſenſerunt, partim quidem quod et ipſe Alcibiades ad potentiſſimos illorum viros literas ante miſiſſet cum mandatis, ut apud optimos quosque viros de ſe *in patriam revocando* mentionem facerent, *et dicerent* ſe velle *in patriam* redire, ea conditione, ut respublica a paucis regeretur, non autem ab improbiſſimis quibusque, nec a populari ſtatu, a quo fuiſſet ejectus, et Tiſſaphernis amicitia illis conciliata, una cum illis rempublicam adminiſtrare: partim vero, idque magis, ſua ſponte trierarchi Athenienſium, qui in Samo erant, et potentiſſimi quique

animis erant propenſis ad evertendum ſtatum popularem.

48. Haec autem res in caſtris prius agitata fuit, mox etiam illinc in urbem *eſt progreſſa*. Quinetiam nonnulli ex Samo trajicientes in colloquium cum Alcibiade venerunt. Illo autem *hanc ſpem ipſis* oſtendente, ſe primum quidem Tiſſaphernis, deinde vero Regis etiam amicitiam *ipſis* conciliaturum, ſi modo populari ſtatu in reipublicae adminiſtratione non uterentur (ſic enim Regem magis confiſurum) civitatis principes magnam ſpem concipiebant, fore ut et ad ſe ipſos, qui malis maxime premerentur, reipublicae adminiſtrationem transferrent, et hoſtes ſuperarent. Hi Samum reverſi *conjuraverunt, et* homines ad conjurationem idoneos ſibi ſocios adjungebant, et apud multitudinem propalam dicebant, Regem ſibi amicum fore, et pecuniam praebiturum, ſi modo Alcibiades reſtitueretur, et popularis ſtatus tolleretur. Vulgus autem, et ſi ſtatim nonnihil angebatur iis, quae tractabantur, *tamen* ob magnam ſtipendii a Rege ſuppeditandi ſpem, quieſcebat. Illi vero, qui paucorum ſtatum *in republica* con-

το ἐς τὸ καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν.

μη΄. Καὶ ἐκινήθη πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦτο, καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐντεῦθεν ὕστερον. τῷ τε Ἀλκιβιάδῃ διαβάντες τινὲς ἐκ τῆς Σάμου ἐς λόγους ἦλθον, καὶ ὑποτείνοντος αὐτοῦ, καὶ Τισσαφέρνην μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλέα φίλον ποιήσειν, εἰ μὴ δημοκρατοῖντο, οὕτω γὰρ ἂν πιστεῦσαι μᾶλλον βασιλέα, πολλὰς ἐλπίδας εἶχον, αὐτοί τε αὑτοῖς οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν τὰ πράγματα, οἵπερ καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα, ἐς ἑαυτοὺς περιποιήσειν, καὶ τῶν πολεμίων ἐπικρατήσειν. ἔς τε τὴν Σάμον ἐλθόντες ξυνίστασάν τε τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἐπιτηδείους ἐς ξυνωμοσίαν, καὶ ἐς τοὺς πολλοὺς φανερῶς ἔλεγον ὅτι βασιλεὺς σφίσι φίλος ἔσοιτο, καὶ χρήματα παρέξοι, Ἀλκιβιάδου τε κατελθόντος, καὶ μὴ δημοκρατουμένων. καὶ ὁ μὲν ὄχλος, εἰ καί τι παραυτίκα ἤχθετο τοῖς πρασσομένοις, διὰ τὸ εὔπορον τῆς ἐλπίδος τοῦ βασιλέως μισθοῦ, ἡσύχαζεν. οἱ δὲ

ξυνιςάντες τὴν ὀλιγαρχίαν, ἐπειδὴ τῷ πλήθει ἐκοίνωσαν, αὖθις ϰ̀ σφίσιν αὐτᾶις ϰ̀ τȣ̃ ἑταιρικȣ̃ τῷ πλέονι τὰ ἀπὸ τȣ̃ Αλκιβιάδȣ ἐσκόπȣν. ϰ̀ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐφαίνετο εὔπορα ϰ̀ πιςὰ, Φρυνίχῳ δὲ ςρατηγῷ ἔτι ὄντι ȣ̉δὲν ἤρεσκεν. ἀλλ᾽ ὅ,τε Αλκιβιάδης (ὅπερ ϰ̀ ἦν) ȣ̉δὲν μᾶλλον ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δεῖσθαι ἐδόκει αὐτῷ, ἢ ἄλλο τι σκοπεῖσθαι ἢ ὅτῳ τρόπῳ ἐκ τȣ̃ παρόντος κόσμȣ τὴν πόλιν μεταςήσας, ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθεὶς κάτεισι. σφίσι δὲ περιοπτέον εἶναι τȣ̃το μάλιςα, ὅπως μὴ ςασιάσωσι τῷ βασιλεῖ· ȣ̉κ εὔπορον εἶναι [λέγων,] καὶ Πελοποννησίων [ἤδη] ὁμοίως ἐν τῇ θαλάσσῃ ὄντων, καὶ πόλεις ἐχόντων ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ ȣ̉κ ἐλαχίςας, Αθηναίοις προσθέμενον, οἷς ȣ̉ πιςεύει, πράγματα ἔχειν. ἐξὸν Πελοποννησίȣς, ὑφ᾽ ὧν κακὸν ȣ̉δὲν πέπονθε, φίλȣς ποιήσασθαι. τάς τε ξυμμαχίδας πόλεις, αἷς ὑπεσχῆσθαι δὴ σφᾶς ὀλιγαρ-

ſtituere cupiebant, poſtquam *rem* cum multitudine communicarunt, rurſus etiam inter ſe ipſos et majorem ſodalium partem illa Alcibiadis *promiſſa* expendebant. Et aliis quidem haec factu facilia, et fide digna videbantur: ſed Phrynicho, qui adhuc erat dux, nihil *horum* placebat. Nam Alcibiades (quod etiam erat) non magis paucorum dominatum, quam popularem ſtatum affectare, ipſi videbatur; nec aliud quicquam ſpectare, niſi qua ratione, immutata praeſenti civitatis diſciplina, a ſodalibus accerſitus reverti poſſet. Sibi vero hoc praecipue proſpiciendum eſſe, ut nullo diſſidio a Rege diſſiderent. nec enim facile factu eſſe dicebat, cum Peloponneſii jam aeque *ac Athenienſes* in mari verſarentur, et urbes non minimas in illius *Regis* imperio haberent, *Regem* Athenienſibus adjunctum, quibus diffideret, negotia habere, *et in graviores moleſtias incidere velle*, cum *ei* liceret amicitiam cum Peloponneſiis inire, á quibus nullo maleficio fuiſſet affectus. Quod autem attineret ad ſocias civitates, (quibus a ſe jam promiſſum fuiſſe *dicebat*, fore ut paucorum dominatu

regerentur, quod ne ipſi quidem amplius in reipublicae adminiſtratione populari ſtatu eſſent uſuri,) dicebat ſe probe ſcire, nec illas, quae defeciſſent, in ſuam poteſtatem magis *propterea* redituras, nec illas, quae eſſent, conſtantiores futuras. Futurum enim *aiebat*, ut *illarum* cives nollent ſub paucorum dominatu, vel in populari ſtatu, ſervitutem potius pati, quam libertate frui, apud utramcunque harum partium hanc adipiſci poſſent. Quinetiam eos, qui honeſti probique viri vocantur, exiſtimaturos hos non minus negotii, quam ipſum popularem ſtatum ſibi exhibituros, qui duces ac autores futuri eſſent calamitatum reipublicae, ex quibus *calamitatibus* ipſi, *qui paucorum dominatus eſſent ſtudioſi*, plura commoda conſequuturi eſſent. Praeterea ſub illorum quidem imperio, ſe vel indicta cauſa et crudelius morte mulctatum iri: popularem vero ſtatum, ſuum eſſe perfugium, et illorum moderatorem. Seque plane compertum habere *dicebat*, civitates ipſa experientia edoctas de his ita ſentire. Nequaquam igitur quicquam eorum, quae vel in praeſentia ab Alcibiade gererentur, ſibi placere.

χίαν, ὅτι δὴ καὶ αὐτοὶ οὐ δημοκρατήσονται, εὖ εἰδέναι ἔφη ὅτι οὐδὲν μᾶλλον σφίσιν οὔθ' αἱ ἀφεστηκυῖαι προσχωρήσονται, οὔθ' αἱ ὑπάρχουσαι, βεβαιότεραι ἔσονται. οὐ γὰρ βουλήσεσθαι αὐτοὺς μετ' ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δουλεύειν μᾶλλον, ἢ μεθ' ὁποτέρου ἂν τύχωσι τούτου ἐλευθέρους εἶναι. τούς τε καλοὺς κἀγαθοὺς ὀνομαζομένους οὐκ ἐλάσσω αὐτοὺς νομίζειν σφίσι πράγματα παρέξειν τοῦ δήμου, ποριστὰς ὄντας καὶ ἐσηγητὰς τῶν κακῶν τῷ δήμῳ, ἐξ ὧν τὰ πλείω αὐτοὺς ὠφελεῖσθαι. καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, καὶ ἄκριτοι ἂν καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν, τὸν δὲ δῆμον, σφῶν τε καταφυγὴν εἶναι, καὶ ἐκείνων σωφρονιστήν. καὶ ταῦτα παρ' αὐτῶν γε τῶν ἔργων ἐπισταμένας τὰς πόλεις σαφῶς αὐτὸς εἰδέναι ὅτι οὕτω νομίζουσιν. οὔκουν ἑαυτῷ γε τῶν ἀπὸ Ἀλκιβιάδου καὶ ἐν τῷ παρόντι πρασσομένων ἀρέσκειν οὐδέν,

μθʹ. Οἱ δὲ ξυλλεγέντες τῶν ἐν τῇ ξυμμαχίᾳ, ὥσπερ καὶ τὸ πρῶτον αὐτοῖς ἐδόκει, τά τε παρόντα ἐδέχοντο, καὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρέσβεις Πείσανδρον καὶ ἄλλους παρεσκευάζοντο πέμπειν, ὅπως περί τε τῆς τοῦ Ἀλκιβιάδου καθόδου πράσσοιεν καὶ τῆς τοῦ ἐκεῖ δήμου καταλύσεως, καὶ τὸν Τισσαφέρνην φίλον τοῖς Ἀθηναίοις ποιήσειαν.

νʹ. Γνοὺς δὲ ὁ Φρύνιχος ὅτι ἔσοιτο περὶ τῆς τοῦ Ἀλκιβιάδου καθόδου λόγος, καὶ ὅτι Ἀθηναῖοι ἐνδέξονται αὐτήν, δείσας πρὸς τὴν ἐναντίωσιν τῶν λεχθέντων ὑφ' αὐτοῦ, μὴ ἢν κατέλθῃ, ὡς κωλυτὴν ὄντα κακῶς δρᾷ, τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε τι. πέμπει ὡς τὸν Ἀστύοχον τῶν Λακεδαιμονίων ναύαρχον, ἔτι ὄντα τότε περὶ τὴν Μίλητον, κρύφα ἐπιστείλας ὅτι Ἀλκιβιάδης αὐτῶν τὰ πράγματα φθείρει, Τισσαφέρνην Ἀθηναίοις φίλον ποιῶν. καὶ τἆλλα σαφῶς ἐγγράψας. ξυγγνώμην δὲ εἶναι ἑαυτῷ περὶ ἀνδρὸς πολεμίου, καὶ μετὰ τοῦ τῆς πόλεως

49. Sed qui ex *conjurationis* ſociis *eo* convenerant, ſicut et initio ſecum ipſi conſtituerant, et praeſentes *conditiones ab Alcibiade oblatas* acceperunt, et legatos cum alios tum etiam Piſandrum Athenas mittere parati erant, ut et de Alcibiade *in patriam* reducendo agerent, et de tollendo illius reipublicae populari ſtatu, utque Tiſſaphernis amicitiam Athenienſibus conciliarent.

50. Phrynichus autem, cum ſciret verba de Alcibiade reducendo factum iri, haecque ab Athenienſibus admiſſum iri, veritus ne propter ea; quae a ſe in contrariam ſententiam dicta fuiſſent, ſi *in patriam* reverſus fuiſſet, *ſe* maleficio afficeret, quod *ipſius reditum* impediviſſet, quoddam hujusmodi ſtratagema comminiſcitur: mittit ad Aſtyochum Lacedaemoniorum navarchum, circa Miletum adhuc agentem, clandeſtinas literas, quibus ſignificabat Alcibiadem res illorum corrumpere, qui Tiſſaphernis amicitiam Athenienſibus conciliaret. Et alias *multas res* in *his* aperte ſcripſerat. Veniam

autem ſibi dandam eſſe *dicebat*, qui vel cum incommodo *ſuae* civitatis aliquid mali in hoſtis perniciem moliretur. Aſtyochus vero Alcibiadem quidem, praeſertim cum non amplius aeque *ac prius*, in *ipſius* manus veniret, ne ulciſci quidem ſtatuit. Sed ad ipſum Magneſiam profectus, et ad Tiſſaphernem, ſimul ipſis res ex Samo ſibi ſcriptas dixit, ac ipſis *eas coram* indicavit. Et (ut ferebatur) quaeſtus privati cauſa ſe Tiſſapherni adjunxerat cum in hac re, tum in aliis. Quamobrem etiam integro ſtipendio efflagitando mollius ſe gerebat. Alcibiades vero confeſtim literas Samum ad magiſtratus adverſus Phrynichum mittit, *declarans ea*, quae fecerat, et poſtulans, ut capitis ſupplicio plecteretur. Phrynichus autem perturbatus, et in maximum omnino diſcrimen adductus ob hoc indicium, rurſus ad Aſtyochum ſcribit, cum ob ſuperius factum *de eo* conquerens, quod *ab eo* non probe celatum fuiſſet, et nunc ſe paratum eſſe ipſis ad internecionem tradere omnem Athenienſium exercitum, qui apud Samum eſſet, expoſitis

ἀξυμφόρου, κακόν τι βουλεύειν. ὁ δὲ Ἀςύοχος τὸν μὲν Ἀλκιβιάδην, ἄλλως τε καὶ οὐκέτι ὁμοίως ἐς χεῖρας ἰόντα, οὐδὲ διενοεῖτο τιμωρεῖσθαι. ἀπελθὼν δὲ παρ' αὐτὸν ἐς Μαγνησίαν, καὶ παρὰ Τισσαφέρνην, ἅμα λέγει τε αὐτοῖς τὰ ἐπιςαλέντα ἐκ τῆς Σάμου, καὶ γίγνεται αὐτοῖς μηνυτής· προσετίθηκέ τε (ὡς ἐλέγετο) ἐπὶ ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτὸν καὶ περὶ τούτου καὶ περὶ τῶν ἄλλων. διόπερ καὶ περὶ τῆς μισθοφορᾶς οὐκ ἐντελοῦς οὔσης μαλακωτέρως ἀνθήπτετο. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης πέμπει εὐθὺς κατὰ Φρυνίχου γράμματα ἐς τὴν Σάμον πρὸς τοὺς ἐν τέλει ὄντας, οἷα δέδρακε, καὶ ἀξιῶν αὐτὸν ἀποθνήσκειν. θορυβούμενος δὲ ὁ Φρύνιχος, καὶ πάνυ ἐν τῷ μεγίςῳ κινδύνῳ ὢν διὰ τὸ μήνυμα, ἀποςέλλει αὖθις πρὸς τὸν Ἀςύοχον, τά τε πρότερα μεμφόμενος ὅτι οὐ καλῶς ἐκρύφθη, καὶ νῦν, ὅτι ὅλον τὸ ςράτευμα τὸ τῶν Ἀθηναίων ἕτοιμος εἴη τὸ ἐν τῇ Σάμῳ παρασχεῖν αὐτοῖς διαφθεῖ-

ραι, γράψας καθ' ἕκαστα, ἀτειχίστου οὔσης Σάμου, ᾧ ἂν τρόπῳ αὐτὰ πράξειε, καὶ ὅτι ἀνεπίφθονόν οἱ ἤδη εἴη, περὶ τῆς ψυχῆς δι' ἐκείνους κινδυνεύοντι, καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο τι ἂν δρᾶσαι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων αὐτὸν διαφθαρῆναι. ὁ δὲ Ἀστύοχος μηνύει καὶ ταῦτα τῷ Ἀλκιβιάδῃ.

να΄. Καὶ ὡς προῄσθετο αὐτὸν ὁ Φρύνιχος ἀδικοῦντα, καὶ ὅσον οὐ παροῦσαν ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου περὶ τούτων ἐπιστολήν, αὐτὸς προφθάσας τῷ στρατεύματι ἐξάγγελος γίγνεται ὡς οἱ πολέμιοι μέλλουσιν, ἀτειχίστου οὔσης τῆς Σάμου, (καὶ ἅμα) τῶν νεῶν οὐ πασῶν ἔνδον ὁρμουσῶν, ἐπιθήσεσθαι τῷ στρατοπέδῳ· καὶ ταῦτα σαφῶς πεπυσμένος εἴη, καὶ χρῆναι τειχίζειν τε Σάμον ὡς τάχιστα, καὶ τἄλλα ἐν φυλακῇ ἔχειν. ἐστρατήγει δὲ καὶ κύριος ἦν αὐτὸς πράσσων ταῦτα. καὶ οἱ μὲν τὸν τειχισμόν τε παρεσκευάζοντο, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου, καὶ ὡς μέλλουσα Σάμος, θᾶσσον ἐτειχίσθη. αἱ δὲ

ſigillatim omnibus modis, quibus haec *ipſe Phrynichus* peracturus eſſet, quod Samus nullis munitionibus eſſet munita. Nec ſibi jam invidioſum eſſe, ſi propter ipſos in capitis periculum adductus, et hoc, et aliud quidvis potius facturus eſſet, quam *paſſurus, ſe* ab inimiciſſimis funditus perdi. Aſtyochus vero haec quoque Alcibiadi indicavit.

51. Phrynichus autem, cum ipſum injuſte facere praeſenſiſſet, et de rebus iſtis epiſtolam ab Alcibiade miſſam tantum non adeſſe, ipſe *eam* praevertens, indicium ad exercitum affert, hoſtes caſtra invadere ſtatuiſſe, quod Samus nullis munitionibus eſſet munita, ſimul etiam quod non omnis claſſis intus ſtationem haberet: et ſe haec pro compertis habere, et quam celerrime Samum muniendam eſſe, et caetera *loca* praeſidiis tuenda. Ipſe autem dux erat, harumque rerum adminiſtrandarum poteſtatem habebat. Et hi quidem ad eam muniendam ſe praeparare coeperunt; et propter hujusmodi occaſionem, vel ſic, *raptim ſcilicet ac feſtinanter* Samus, quae *alioqui munienda*

erat, celerius munita fuit. At non multò poſt literae ab Alcibiade *miſſae* venerunt, exercitum *Athenienſium* a Phrynicho proditum iri, et hoſtes *eum* invaſuros. Alcibiades autem, cum dignus viſus fuiſſet, cui nulla fides haberetur, at, quod res ab hoſtibus faciendas praevidiſſet, Phrynicho, ut *harum* conſcio, *haec* propter inimicitias, *quas cum eo gerebat*, attribuere *viſus fuiſſet*, ipſi nihil nocuit, imo vero, quod haec indicaſſet, ſuo teſtimonio *Phrynichi indicium* magis confirmavit.

52. Poſtea vero Alcibiades quidem Tiſſaphernem monebat ac inducebat, ut amicus eſſet Athenienſibus, timentem quidem Peloponneſios, quod majori cum claſſe, quam Athenienſes, adeſſent, cupientem tamen, ſi qua ratione poſſet, ſibi fidem haberi, praeſertim poſtquam ſenſit Peloponneſiorum apud Cnidum de foederibus per Theramenem *cum Rege* factis diſſenſionem. Nam tunc temporis, cum illi apud Rhodum eſſent, *haec diſſenſio* jam exſtiterat, in qua illum Alcibiadis ſermonem *a me* ante commemoratum, *nimirum* Lacedaemonios civi-

παρὰ τȣ̃ Ἀλκιβιάδȣ ἐπιςολαὶ ȣ̓ πολὺ ὕϛερον ἧκον, ὅτι παραδίδοταί τε τὸ ϛράτευμα ὑπὸ Φρυνίχȣ, κὴ οἱ πολέμιοι μέλλȣσιν ἐπιθήσεσθαι. δόξας δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης ȣ̓ πιϛὸς εἶναι, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων προειδὼς, τῷ Φρυνίχῳ ὡς ξυνειδότι κατ᾽ ἔχθραν ἀνατιθέναι, ȣ̓δὲν ἔβλαψεν αὐτὸν, ἀλλὰ κὴ ξυνεμαρτύρησε μᾶλλον, ταῦτα ἐξαγγείλας.

ϛβ΄. Μετὰ δὲ τȣ̃το, Ἀλκιβιάδης μὲν Τισσαφέρνην παρεσκεύαζε καὶ ἀνέπειθεν ὅπως φίλος ἔςαι τοῖς Ἀθηναίοις, δεδιότα μὲν τȣ̀ς Πελοποννησίȣς, ὅτι πλείȣς ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων παρῆσαν, βȣλόμενον δὲ ὅμως, εἰ δύναιτό πως, πεισθῆναι, ἄλλως τε κὴ ἐπειδὴ τὴν ἐν τῇ Κνίδῳ διαφορὰν περὶ τῶν Θηραμένȣς σπονδῶν ἤσθετο τῶν Πελοποννησίων. ἤδη γὰρ κατὰ τȣ̃τον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥόδῳ ὄντων αὐτῶν ἐγεγένητο, ἐν τῇ τὸν τȣ̃ Ἀλκιβιάδȣ λόγον πρότερον εἰρημένον περὶ τȣ̃ ἐλευθερȣ̃ν Λακε-

δαιμονίους τὰς ἁπάσας πόλεις, ἐπηλήθευσεν ὁ Λίχας, οὐ φάσκων ἀνεκτὸν εἶναι ξυγκεῖσθαι, κρατεῖν βασιλέα τῶν πόλεων ὧν ποτε καὶ πρότερον ἢ αὐτὸς ἢ οἱ πατέρες ἦρχον. καὶ μὲν δὴ ὁ Ἀλκιβιάδης, ἅτε περὶ μεγάλων ἀγωνιζόμενος, προθύμως τῷ Τισσαφέρνει θεραπεύων προσέκειτο.

νγ'. Οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πεισάνδρου πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων ἀποσταλέντες ἐκ τῆς Σάμου, ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας, λόγους ἐποιοῦντο ἐν τῷ δήμῳ, κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν, μάλιστα δὲ, ὡς ἐξείη αὐτοῖς Ἀλκιβιάδην κατάγουσι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις, βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν, καὶ Πελοποννησίων περιγενέσθαι. ἀντιλεγόντων δὲ πολλῶν καὶ ἄλλων περὶ τῆς δημοκρατίας, καὶ τῶν Ἀλκιβιάδου ἅμα ἐχθρῶν διαβοώντων ὡς δεινὸν εἴη εἰ τοὺς νόμους βιασάμενος κάτεισι, καὶ Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων, περὶ τῶν μυστικῶν, δι' ἅπερ ἔφυγε, μαρτυρουμένων, καὶ ἐπιθεια-

tates omnes in libertatem aſſerere, Lichas verum eſſe demonſtravit, quia negavit hanc pactionem tolerandam eſſe, ut Rex eas civitates obtineret, quibus vel ipſe vel *ejus* majores prius aliquando imperaſſent. Et Alcibiades quidem, utpote qui magnis de rebus contendebat, Tiſſaphernem officiis ſtudioſe demerebatur.

53. Athenienſium vero legati, qui cum Piſandro ex Samo miſſi fuerant, cum Athenas perveniſſent, apud populum verba facere coeperunt, in ſummam multa colligentes, praecipue vero *demonſtrantes*, ipſis licere et Regem ſocium habere, et Peloponneſios ſuperare, ſi Alcibiadem reſtituerunt, nec *in poſterum* eodem modo *quo tunc* populari ſtatu in reipublicae adminiſtratione uterentur. Sed cum et alii multi pro populari ſtatu contradicerent, et ſimul Alcibiadis inimici vociferarentur, indignum facinus eſſe, ſi violatis *patriae* legibus rediret, et Eumolpidae et Ceryces de myſticis, propter quae profugerat, teſtimonium *adverſus eum* dicerent, et per res divinas obteſtaren-

tur, ne reducerent: Piſander progreſſus, ad illorum multitudinem, qui contradicebant, ac indignabantur, ſingulos illorum, qui contradicebant, *in medium* producens interrogabat, quamnam ſalutis publicae ſpem haberent, cum Peloponneſii non pauciores quam ipſi naves roſtratas, easque *navibus ipſorum* adverſas, in mari haberent, et ſocias civitates plures; praeterea cum Rex et Tiſſaphernes pecunias illis ſuppeditaret, ipſis vero nullae amplius eſſent, niſi quis Regi perſuaderet, ut ad ipſos transiret. Cum igitur illi, qui *a Piſandro* interrogabantur, reſponderent nullam, tunc vero palam ſubjiciebat ipſis: Atqui hoc vobis contingere non licet, niſi rempublicam modeſtius adminiſtremus, et magiſtratus ad pauciores *viros* deferamus, ut Rex fidem nobis habeat; neque de reipublicae adminiſtrandae forma magis, quam de *noſtra* ſalute in praeſentia, conſulemus. Nam et poſtea nobis licebit *haec* mutare, ſi quid diſplicuerit: Alcibiademque, qui ſolus omnium, qui nunc *vivunt*, hoc conficere poteſt, reducamus.

ζόντων μὴ κατάγειν, ὁ Πείσανδρος παρελθὼν πρὸς πολλὴν ἀντιλογίαν καὶ σχετλιασμὸν, ἠρώτα ἕνα ἕκαστον παράγων τῶν ἀντιλεγόντων, ἥν τινα ἐλπίδα ἔχῃ σωτηρίας τῇ πόλει, Πελοποννησίων ναῦς τε οὐκ ἐλάσσους σφῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀντιπρώρους ἐχόντων, καὶ πόλεις ξυμμαχίδας πλείους, βασιλέως τε αὐτοῖς καὶ Τισσαφέρνους χρήματα παρεχόντων, σφίσι τε οὐκέτι ὄντων, εἰ μή τις πείσει βασιλέα μεταστῆναι παρὰ σφᾶς. ὁπότε δὲ μὴ φαίησαν ἐρωτώμενοι, ἐνταῦθα δὴ σαφῶς ἐλέγετο αὐτοῖς ὅτι τοῦτο τοίνυν οὐκ ἔστιν ὑμῖν γενέσθαι εἰ μὴ πολιτεύσομέν τε σωφρονέστερον, καὶ ἐς ὀλίγους μᾶλλον [τὰς ἀρχὰς ποιήσαιμεν,] ἵνα πιστεύῃ ἡμῖν βασιλεὺς, καὶ μὴ περὶ πολιτείας τὸ πλέον βουλεύωμεν ἐν τῷ παρόντι ἢ περὶ σωτηρίας. ὕστερον γὰρ ἐξέσται ἡμῖν καὶ μεταθέσθαι, ἢν μή τι ἀρέσκῃ Ἀλκιβιάδην τε κατάξομεν, ὃς μόνος τῶν νῦν οἷός τε τοῦτο κατεργάσασθαι.

νδ. Ὁ δὲ δῆμος τὸ μὲν πρῶτον ἀκούων, χαλεπῶς ἔφερε τὰ περὶ τῆς ὀλιγαρχίας· σαφῶς δὲ διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ Πεισάνδρου μὴ εἶναι ἄλλην σωτηρίαν, δείσας, καὶ ἅμα ἐλπίζων ὡς καὶ μεταβαλεῖται, ἐνέδωκε. καὶ ἐψηφίσαντο, πλεύσαντα τὸν Πείσανδρον καὶ δέκα ἄνδρας μετ' αὐτοῦ, πράσσειν ὅπῃ ἂν αὐτοῖς δοκοίη ἄριστα ἕξειν, τά τε πρὸς τὸν Τισσαφέρνην καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην. ἅμα τε διαβαλόντος καὶ Φρύνιχον τοῦ Πεισάνδρου, παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸν ξυνάρχοντα Σκιρωνίδην. ἀντέπεμψαν δὲ στρατηγοὺς ἐπὶ τὰς ναῦς Διομέδοντα καὶ Λέοντα· τὸν δὲ Φρύνιχον ὁ Πείσανδρος, φάσκων Ἴασον προδοῦναι καὶ Ἀμόργην, διέβαλεν, οὐ νομίζων ἐπιτήδειον εἶναι τοῖς πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην πρασσομένοις. καὶ ὁ μὲν Πείσανδρος τάς τε ξυνωμοσίας, αἵπερ ἐτύγχανον πρότερον ἐν τῇ πόλει οὖσαι ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς, ἁπάσας ἐπελθὼν, καὶ παρακελευσάμενος ὅπως ξυστραφέντες καὶ

54. Populus vero principio quidem *haec* audiens, de paucorum dominatu graviter ferebat: Sed cum a Piſandro doceretur, nullam aliam eſſe ſalutis conſervandae rationem, metuens, ſimul etiam ſperans fore, ut et immutaretur, ceſſit. Decretum autem fecit, ut Piſander cum decem collegis proficiſceretur ad rem cum Tiſſapherne et Alcibiade transigendam, ut e republica maxime fore ipſis videretur. Cum autem Piſander Phrynichum etiam criminatus fuiſſet, *populus eum* et Scironidem *ejus* collegam a praefectura amovit: in eorum vero locum ſubrogavit Diomedontem et Leontem, quos ad claſſem cum imperio miſerunt. Piſander autem Phrynichum criminatus eſt, quod Iaſum et Amorgem ab eo proditum diceret, non exiſtimans eum animo propenſum eſſe ad ea, quae cum Alcibiade transigebantur. Piſander autem cum adiiſſet omnes ſocietates *et collegia;* quae prius in urbe erant, et quae judiciis et magiſtratibus praeerant, et adhortatus fuiſſet, ut conſpiratione ſecum facta et conſilio communiter inito popula-

rem ſtatum tollerent, praeterea cum caeteras quoque res ad praeſentem uſum neceſſarias praeparaſſet, ut nulla mora amplius interponeretur, ipſe cum decem collegis ad Tiſſaphernem navigavit.

55. Leon autem ac Diomedon per eandem hyemem, cum ad Athenienſium claſſem jam perveniſſent, Rhodum infeſta claſſe petierunt. Cum autem *ibi* Peloponneſiorum naves ſubductas nacti fuiſſent, et in quandam agri *Rhodii* partem deſcendiſſent, et Rhodios, qui ad arcendam vim accurrerant, proelio ſuperaſſent, in Chalcen ſe receperunt. Atque poſtea bellum acrius ex Co gerere coeperunt. Nam *Rhodus hinc* commodius obſervari poterat, ſi quo Peloponneſiorum claſſis proficiſceretur. Xenophantidas autem Lacon in Rhodum ex Chio a Pedarito *miſſus* venit, nuntiaturus Athenienſium murum, *quo Chiorum urbs ab illis circumvallabatur*, ad finem jam eſſe perductum, et, niſi *Peloponneſii Rhodiique* cum tota claſſe *Chiis celerrime* ſuccurrerent, ac-

κοινῇ βȣλευσάμενοι καταλύσωσι τὸν δῆμον, καὶ τἄλλα παρασκευάσας ἐπὶ τοῖς παρȣ̃σιν ὥςε μηκέτι διαμέλλεσθαι, αὐτὸς μετὰ τῶν δέκα ἀνδρῶν τὸν πλȣ̃ν ὡς τὸν Τισσαφέρνην ποιεῖται.

νε'. Ὁ δὲ Λέων καὶ ὁ Διομέδων ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι ἀφιγμένοι ἤδη ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, ἐπίπλȣν τῇ Ῥόδῳ ἐποιήσαντο. ϗ τὰς μὲν ναῦς καταλαμβάνȣσιν ἀνειλκυσμένας τῶν Πελοποννησίων, ἐς δὲ τὴν γῆν ἀπόβασίν τινα ποιησάμενοι, καὶ τȣ̀ς βοηθήσαντας Ῥοδίων νικήσαντες μάχῃ, ἀπεχώρησαν ἐς τὴν Χάλκην· ϗ τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν μᾶλλον ἐκ τῆς Κῶ ἐποιȣ̃ντο. εὐφυλακτοτέρα γὰρ αὐτοῖς ἐγίγνετο, εἴποι ἀπαίροι τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν· ἦλθε δὲ ἐς τὴν Ῥόδον ϗ Ξενοφαντίδας Λάκων παρὰ Πεδαρίτȣ ἐκ Χίȣ, λέγων ὅτι τὸ τεῖχος τῶν Ἀθηναίων ἤδη ἐπιτετέλεςαι, καὶ, εἰ μὴ βοηθήσȣσι πάσαις ταῖς ναυσὶν, ἀπολεῖται τὰ ἐν Χίῳ

πράγματα. οἱ δὲ διενοοῦντο βοηθήσειν. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πεδάριτός τε καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἐπικουρικὸν ἔχων, καὶ τοὺς Χίους, πανστρατιᾷ προσβαλὼν τῶν Ἀθηναίων τῷ περὶ τὰς ναῦς ἐρύματι, αἱρεῖταί τι αὐτοῦ, καὶ νεῶν τινῶν ἀνειλκυσμένων ἐκράτησεν. ἐπεκβοηθησάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων, καὶ τρεψαμένων τοὺς Χίους πρώτους, νικᾶται καὶ τὸ ἄλλο τὸ περὶ τὸν Πεδάριτον· καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκει, καὶ τῶν Χίων πολλοὶ, καὶ ὅπλα ἐλήφθη πολλά.

νϛ΄. Μετὰ δὲ ταῦτα, οἱ μὲν Χῖοι ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπολιορκοῦντο, καὶ ὁ λιμὸς αὐτόθι ἦν μέγας· οἱ δὲ περὶ τὸν Πείσανδρον Ἀθηναίων πρέσβεις, ἀφικόμενοι ὡς τὸν Τισσαφέρνην, λόγους ποιοῦνται περὶ τῆς ὁμολογίας. Ἀλκιβιάδης δὲ (οὐ γὰρ αὐτῷ πάνυ τὰ ἀπὸ Τισσαφέρνους βέβαια ἦν, φοβουμένῳ τοὺς Πελοποννησίους μᾶλλον, καὶ ἔτι βουλομένῳ, καθάπερ καὶ ὑπ᾽ ἐκείνου ἐδιδά-

tum eſſe de tota Chio. Illi vero *Chiis* ſuccurrere ſtatuerunt. Interea vero Pedaritus cum copiis auxiliariis, quas circa ſe habebat, et cum Chiis, cum toto exercitu adortus Athenienſium munitiones claſſi circumdatas, quandam earum partem cepit, et aliquot navibus ſubductis potitus eſt. Sed cum Athenienſes eruptionem *in eos* feciſſent, et Chios in fugam primos vertiſſent, reliquus etiam exercitus, qui circa Pedaritum erat, victus fuit; et ipſe *Pedaritus* occubuit, et Chiorum multi, multaque arma capta ſunt.

56. Poſtea vero Chii et a terra et a mari arctius obſidebantur, et ingens fames illic erat. At Piſander ejusque collegae, Athenienſium legati, cum ad Tiſſaphernem perveniſſent, de pactionibus faciendis verba fecerunt. Alcibiades vero (nec enim Tiſſaphernis fidês ſpem admodum certam ipſi afferebat, quia Peloponneſios magis *quam Athenienſes* formidabat, et utrosque adhuc atterere volebat, quemadmodum etiam ab Alcibiade edoctus fuerat) ad hujusmodi *fraudis* genus *comminiſcendum* ſe convertit,

ut Tiſſaphernes, quippe quod ab Athenienſibus res maximas peteret, nullam *cum ipſis* compoſitionem faceret. Videtur autem mihi et Tiſſaphernes idem voluiſſe, ipſe quidem, propter metum; Alcibiades vero, poſtquam animadvertit, illum vel ſic, *quod utrosque magis atterere vellet*, compoſitionis cupidum non eſſe, nolebat Athenienſibus videri invalidus ad hoc *illi* perſuadendum; ſed *hoc ab hominibus exiſtimari volebat*, ut jam perſuaſo Tiſſapherni et *Athenienſibus* ſe adjungere volenti, *ipſos* Athenienſes non offerre quantum ſat eſſet. Alcibiades enim tot *res ab Athenienſibus* modum excedens poſtulabat (nam pro Tiſſapherne, qui praeſens aderat, ipſe verba faciebat) ut per Athenienſes, quamvis magnam partem rerum, quas poſtulabat, *ei* concederent, tamen ſteterit, *quo minus inter eos compoſitio fieret*. Nam poſtulabat, ut et omnis Ionia traderetur, et praeterea inſulae *Ioniae* adjacentes, et alia, quibus cum Athenienſes non adverſarentur, tandem in tertio congreſſu, veritus ne jam plane deprehenderetur praeſtare non poſſe, *quae Athenienſibus ante promiſiſſet*, petiit, ut ſinerent Regem aedifi-

σκετο, τρίβειν ἀμφοτέρους) τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε εἶδος, ὥστε τὸν Τισσαφέρνην ὡς μέγιστα αἰτοῦντα παρὰ τῶν Αθηναίων, μὴ ξυμβῆναι. δοκεῖ δέ μοι καὶ Τισσαφέρνης τὸ αὐτὸ βουληθῆναι, αὐτὸς μὲν, διὰ τὸ δέος, ὁ δὲ Αλκιβιάδης, ἐπειδὴ ἑώρα ἐκεῖνον καὶ ὣς οὐ ξυμβασείοντα, δοκεῖν τοῖς Αθηναίοις ἐβούλετο μὴ ἀδύνατος εἶναι πεῖσαι, ἀλλ' ὡς πεπεισμένῳ Τισσαφέρνει καὶ βουλομένῳ προσχωρῆσαι τοὺς Αθηναίους μὴ ἱκανὰ διδόναι. ᾔτει γὰρ τοσαῦτα ὑπερβάλλων ὁ Αλκιβιάδης, (λέγων αὐτὸς ὑπὲρ παρόντος τοῦ Τισσαφέρνους) ὥστε τῶν Αθηναίων, καίπερ ἐπιπολὺ ὅ,τι αἰτοίη ξυγχωρούντων, ὅμως αἴτιον γενέσθαι. Ιωνίαν τε γὰρ πᾶσαν ἠξίουν δίδοσθαι, καὶ αὖθις νήσους τε τὰς ἐπικειμένας, καὶ ἄλλα, οἷς οὐκ ἐναντιουμένων τῶν Αθηναίων, τέλος ἐν τῇ τρίτῃ ἤδη ξυνόδῳ δείσας μὴ πάνυ φωραθῇ ἀδύνατος ὢν, ναῦς ἠξίου ἐᾶν βασιλέα ποιεῖσθαι, καὶ παραπλεῖν τὴν ἑαυ-

τῶν γῆν ὅποι ἂν καὶ ὅσαις ἂν βέληται. ἐνταῦθα δὴ ἐκέτι, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὑπὸ τῦ Ἀλκιβιάδε ἐξηπατῆσθαι, δι' ὀργῆς ἀπελθόντες, κομίζονται ἐς τὴν Σάμον.

νζ'. Τισσαφέρνης δὲ εὐθὺς μετὰ ταῦτα καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι παρέρχεται ἐς τὴν Καῦνον, βελόμενος τοὺς Πελοποννησίες πάλιν τε κομίσαι ἐς τὴν Μίλητον, καὶ ξυνθήκας ἔτι ἄλλας ποιησάμενος, ἃς ἂν δύνηται, τροφήν τε παρέχειν, καὶ μὴ παντάπασιν ἐκπεπολεμῆσθαι· δεδιὼς μὴ, ἢν ἀπορῶσι πολλαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς, ἢ τοῖς Ἀθηναίοις ἀναγκασθέντες ναυμαχεῖν ἡσσηθῶσιν, ἢ κενωθεισῶν τῶν νεῶν, ἄνευ ἑαυτῦ γένηται τοῖς Ἀθηναίοις ἃ βέλονται. ἔτι δὲ ἐφοβεῖτο μάλιστα μὴ τῆς τροφῆς ζητήσει πορθῶσι τὴν ἤπειρον. πάντων ὖν τέτων λογισμῷ καὶ προνοίᾳ ὥσπερ ἐβέλετο ἐπανισῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλες, μεταπεμψάμενος ὖν τὲς Πελοποννησίες,

eare naves, et ipſorum agrum obire, *et* quocunque, et *cum tot navibus*, quot libuiſſet. Tunc vero Athenienſes non amplius *cunctati*, ſed exiſtimantes *haec, quae poſtulabantur*, nulla ratione fieri poſſe, et *ſe* ab Alcibiade deceptos eſſe, cum ira digreſſi, Samum ſe receperunt.

57. Poſt haec autem Tiſſaphernes ſtatim et eadem hyeme in Caunum ſe contulit, quia volebat Peloponneſios Miletum rurſus reducere, aliisque pactionibus, quascunque *facere* poſſet, adhuc factis, et ſtipendium *illis* praebere, nec *ſibi* prorſus hoſtes fieri. Veritus ne, ſi laborarent inopia ſtipendii, quod magnae claſſi dare poſſent, aut coacti navale proelium cum Athenienſibus committere, ſuperarentur, aut claſſe nudata, Athenienſibus ſine ſe res ex animi ſententia ſuccederent. Praeterea vero maxime metuebat, ne *illi* ſtipendii quaerendi gratia continentem popularentur. Harum igitur omnium rerum rationem provide habens, ut (quemadmodum optabat) Graecos inter ſe coaequaret, Peloponneſiis accitis ſtipen-

dium numerat, et foedera *cum ipſis* tertio facit, in haec verba.

58. ‘ Tertiodecimo regni Darii ‘ anno, Alexippida Lacedaemone Ephoro, ‘ pactiones factae fuerunt in Maeandri pla‘ nitie inter Lacedaemonios et ſocios ac ‘ Tiſſaphernem et Hieramenem et Phar‘ naci liberos, de Regis et Lacedaemonio‘ rum ſociorumque negotiis. Quaecunque ‘ regio Regis eſt in Aſia, Regis eſto. De‘ que ſua regione Rex arbitratu ſuo ſtatuat. ‘ Lacedaemonii vero ſociive in Regis re‘ gionem ne eunto, ullius maleficii cauſa. ‘ viciſſim etiam ne Rex in Lacedaemonio‘ rum ſociorumve regionem, ullius maleficii ‘ cauſa. Quod ſi quis Lacedaemoniorum ‘ aut ſociorum in Regis regionem nocendi ‘ gratia iverit, Lacedaemonii ſociique pro‘ hibento. Et ſi quis e ditione Regis ad La-

τροφήν τε αὐτοῖς δίδωσι, καὶ σπονδὰς τρὶς τάσδε σπένδεται.

νη΄. ‘ΤΡΙΤΩ καὶ δεκάτῳ ἔτει Δαρείου
‘ βασιλεύοντος, ἐφορεύοντος δὲ Ἀλεξιππίδα
‘ ἐν Λακεδαίμονι, ξυνθῆκαι ἐγένοντο ἐν Μαι-
‘ άνδρου πεδίῳ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμ-
‘ μάχων πρὸς Τισσαφέρνην καὶ ‘Ιεραμένην,
‘ καὶ τοὺς Φαρνάκου παῖδας, περὶ τῶν βασι-
‘ λέως πραγμάτων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ
‘ τῶν ξυμμάχων· χώραν τὴν βασιλέως,
‘ ὅση τῆς Ἀσίας ἐστὶ, βασιλέως εἶναι. καὶ
‘ περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βα-
‘ σιλεὺς ὅπως βούλεται. Λακεδαιμονίους δὲ
‘ καὶ τοὺς ξυμμάχους μὴ ἰέναι ἐπὶ χώραν τὴν
‘ βασιλέως ἐπὶ κακῷ μηδενὶ, μηδὲ βασιλέα
‘ ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων μηδὲ τῶν ξυμμά-
‘ χων ἐπὶ κακῷ μηδενί. ἢν δέ τις Λακεδαι-
‘ μονίων ἢ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ κακῷ ἴῃ ἐπὶ
‘ τὴν βασιλέως χώραν, τοὺς Λακεδαιμο-
‘ νίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κωλύειν· καὶ ἤν τις
‘ ἐκ τῆς βασιλέως ἴῃ ἐπὶ κακῷ ἐπὶ Λακε-

‘ δαιμονίους ἢ τοὺς ξυμμάχους, βασιλεὺς κω-
‘ λυέτω. τροφὴν δὲ ταῖς ναυσὶ ταῖς νῦν
‘ παρούσαις Τισσαφέρνην παρέχειν κατὰ
‘ τὰ ξυγκείμενα, μέχρις ἂν αἱ νῆες αἱ βα-
‘ σιλέως ἔλθωσι· Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς
‘ ξυμμάχους, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφί-
‘ κωνται, τὰς ἑαυτῶν ναῦς ἢν βούλωνται
‘ τρέφειν, ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι. ἢν δὲ παρὰ
‘ Τισσαφέρνους λαμβάνειν ἐθέλωσι τὴν
‘ τροφὴν, Τισσαφέρνην παρέχειν. Λακε-
‘ δαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους τελευτῶν-
‘ τος τοῦ πολέμου τὰ χρήματα Τισσαφέρνει
‘ ἀποδοῦναι ὁπόσα ἂν λάβωσιν. ἐπὴν δὲ αἱ
‘ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, αἵ τε Λακε-
‘ δαιμονίων νῆες καὶ αἱ τῶν ξυμμάχων καὶ αἱ
‘ βασιλέως κοινῇ τὸν πόλεμον πολεμούντων,
‘ καθ' ὅ,τι ἂν Τισσαφέρνει δοκῇ, καὶ Λακε-
‘ δαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις. ἢν δὲ κατα-
‘ λύειν βούλωνται πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ὁμοίῳ
‘ καταλύεσθαι.’

νθ'. Αἱ μὲν σπονδαὶ, αὗται ἐγένοντο.

'cedaemonios aut ſocios ierit, Rex prohi-
'beto. Claſſi autem, quae nunc adeſt, ſti-
'pendium ex pacto Tiſſaphernes ſuppedi-
'tato, donec regia claſſis venerit. Ubi au-
'tem regia claſſis advenerit, ſi Lacedaemo-
'nii ſociique ſuam claſſem alere velint, *hoc*
'ipſis liceat. Sin a Tiſſapherne ſtipendi-
'um accipere velint, Tiſſaphernes *hoc illis*
'praebeto. Lacedaemonii vero ſociique fi-
'nito bello pecunias Tiſſapherni reddunto,
'quaſcunque *ab eo* acceperint. Poſtquam
'autem claſſis regia venerit, Lacedaemoni-
'orum et ſociorum et Regis naves commu-
'niter bellum gerunto, prout Tiſſapher-
'ni et Lacedaemoniis et ſociis videbitur.
'Quod ſi *bellum* adverſus Athenienſes *ſuſ-*
'*ceptum* deponere velint, *hoc* pariter *et de*
'*communi ſententia* deponant.'

59. Atque haec ſunt foedera, quae tunc

facta fuerunt. Poſtea vero Tiſſaphernes operam dare coepit, ut et naves Phoeniſſas (quemadmodum *in foederum conditionibus* dictum fuerat) adduceret, et caetera *praeſtaret*, quaecunque promiſerat. Volebat autem ſaltem manifeſte demonſtrare ſe praeparare *ea, quae promiſiſſet.*

60. Jam autem ſub extremam hyemem Boeoti Oropum, in quo erat Athenienſium praeſidium, per proditionem ceperunt. Nonnulli autem Eretrienſium et ipſorum Oropiorum *eos in eo capiendo* adjuverunt, qui operam clandeſtine dabant, ut Euboeam ad defectionem inducerent. Fieri enim non poterat, quin hoc oppidum, quod Eretriae imminebat, Athenienſibus *hoc* tenentibus, magnis detrimentis et Eretriam et caeteram Euboeam afficeret. Eretrienſes igitur Oropo jam potiti in Rhodum iverunt, ut Peloponneſios in Euboeam accirent. Illi vero Chio potius, quae vexabatur, ſuccurrere ſtatuerunt, et cum omni claſſe e Rhodo ſolventes *eo* navigare coeperunt. Cum autem ad Triopium perveniſſent, Athenienſium claſſem, quae ex Chalce veniebat, in alto

ϗ μετὰ ταῦτα παρεσκευάζετο Τισσαφέρνης τάς τε Φοινίσσας ναῦς ἄξων ὥσπερ εἴρητο, καὶ τἄλλα ὅσαπερ ὑπέσχετο. καὶ ἐβούλετο παρασκευαζόμενος γοῦν δῆλος εἶναι.

ζ. Βοιωτοὶ δὲ, τελευτῶντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, Ωρωπὸν εἷλον προδοσίᾳ, Αθηναίων ἐμφρουρούντων. ξυνέπραξαν δὲ Ερετριέων τε ἄνδρες ϗ αὐτῶν Ωρωπίων, ἐπιβουλεύοντες ἀπόστασιν τῆς Εὐβοίας. ἐπὶ γὰρ τῇ Ερετρίᾳ τὸ χωρίον ὂν, ἀδύνατα ἦν, Αθηναίων ἐχόντων, μὴ οὐ μεγάλα βλάπτειν ϗ Ερετρίαν ϗ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν. ἔχοντες οὖν ἤδη τὸν Ωρωπὸν, ἀφικνοῦνται ἐς Ῥόδον οἱ Ερετριεῖς ἐπικαλούμενοι ἐς τὴν Εὔβοιαν τοὺς Πελοποννησίους. οἱ δὲ, πρὸς τὴν τῆς Χίου κακουμένης βοήθειαν μᾶλλον ὥρμηντο, ϗ ἄραντες πάσαις ταῖς ναυσὶν ἐκ τῆς Ῥόδου ἔπλεον. καὶ γενόμενοι περὶ τὸ Τριόπιον, καθορῶσι τὰς τῶν Αθηναίων ναῦς πελαγίας ἀπὸ τῆς Χάλκης

πλεύσας· καὶ ὡς ȣ̓δέτεροι ἀλλήλοις ἐπέπλεον, ἀφικνȣ̃νται οἱ μὲν ἐς τὴν Σάμον, οἱ δὲ ἐς τὴν Μίλητον· καὶ ἑώρων ȣ̓κέτι ἄνευ ναυμαχίας οἷόν τε εἶναι ἐς τὴν Χίον βοηθῆσαι. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα ȣ̃τος, καὶ εἰκοϛὸν ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Θȣκυδίδης ξυνέγραψε.

ξα΄. Τȣ̃ δ' ἐπιγιγνομένȣ θέρȣς ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ, Δερκυλίδας τε ἀνὴρ Σπαρτιάτης, ϛρατιὰν ἔχων ȣ̓ πολλὴν, παρεπέμφθη πεζῇ ἐφ' Ἑλλήσποντον, Ἄβυδον ἀποϛήσων (εἰσὶ δὲ Μιλησίων ἄποικοι·) καὶ οἱ Χῖοι, ἐν ὅσῳ αὐτοῖς ὁ Ἀϛύοχος ἠπόρει ὅπως βοηθήσοι, ναυμαχῆσαι, πιεζόμενοι τῇ πολιορκίᾳ, ἠναγκάσθησαν. ἔτυχον δὲ, ἔτι ἐν Ῥόδῳ ὄντος Ἀϛυόχȣ, ἐκ τῆς Μιλήτȣ Λέοντά τε ἄνδρα Σπαρτιάτην, ὃς Ἀντισθένει ἐπιβάτης ξυνεξῆλθε, κεκομισμένοι μετὰ τὸν Πεδαρίτȣ θάνατον, ἄρχοντα, καὶ ναῦς δώδεκα, αἳ ἔτυχον φύλακες Μιλήτȣ ȣ̃σαι. ὧν ἦσαν Θȣ́ριαι πέν-

navigantem proſpexerunt: Sed cum neutri in alteros incurſionem claſſe feciſſent, hi quidem Samum, illi vero Miletum ſe receperunt. Videbant enim ſe non amplius in Chium ad opem *Chiis obſeſſis* ferendam, ſine navali proelio proficiſci poſſe: Atque haec hyems exiit, hujusque belli, quod Thucydides conſcripſit, viceſimus annus exceſſit.

61. Inſequentis autem aeſtatis vere ſtatim ineunte, Dercylidas vir Spartanus, cum non magna militum manu itinere pedeſtri in Hellespontum miſſus fuit, ut Abydum ad defectionem *ab Athenienſibus* faciendam ſolicitaret. Sunt autem *Abydeni* Mileſiorum coloni. Interea vero Chii, dum Aſtyochus dubitaret, qua ratione ipſis opem ferret, cum obſidione premerentur, navale proelium committere coacti fuerunt. Dum autem Aſtyochus apud Rhodum adhuc eſſet, *Chii* Leontem, virum Spartanum Mileto profectum, qui cum Antiſthene illinc vector *naviſque defenſor* venerat, poſt Pedariti mortem, ducem acceperant, et duodecim naves, quae praeſidii cauſa Mileti ſtabant. Quarum erant quinque Thuriae,

et Syracuſanae quatuor, et una Anaeitis, et una Mileſia, et Leontis una. Cum igitur Chii cum omnibus totius populi copiis eruptionem feciſſent, et quendam locum *natura* munitum occupaſſent, et ſimul ipſorum ſex et triginta adverſus duas et triginta Atheniensium *naves* in altum prodiiſſent, proelium navale commiſerunt. Cum autem atrox proelium navale commiſſum fuiſſet, Chii et ſocii, *quum* non deteriore conditione *quam hoſtes* in eo proelio *eſſent*, (jam enim etiam veſper erat) in urbem redierunt.

62. Poſtea vero ſtatim, cum Dercylidas itinere pedeſtri Mileto diſceſſiſſet, Abydus, *quae eſt* in Helleſponto, ad Dercylidam et Pharnabazum defecit, et Lampſacus duobus poſt diebus. Strombichides vero, cum *hoc* ex Chio cognoviſſet, celeriter cum quatuor et viginti Athenienſium navibus (inter quas erant etiam *naves* militares gravis armaturae milites vehentes) ad opem *ſuis* ferendam accurrit. Cum autem Lampſacenos, qui obviam ei prodierant, proelio ſuperaſſet, et Lampſacum nullis muris cinctam primo impetu et ſublato clamore cepiſſet, et

τα, καὶ Συρακούσιαι τέσσαρες, καὶ μία Αναιίτις, καὶ μία Μιλησία, καὶ Λέοντος μία. ἐπεξελθόντων δὲ τῶν Χίων πανδημεὶ, καὶ καταλαβόντων τὶ ἐρυμνὸν χωρίον, καὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἅμα ἓξ καὶ τριάκοντα ἐπὶ τὰς τῶν Αθηναίων δύο καὶ τριάκοντα ἀναγομένων, ἐναυμάχησαν. καὶ καρτερᾶς γενομένης ναυμαχίας, οὐκ ἔλασσον ἔχοντες ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Χῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι (ἤδη γὰρ καὶ ὀψὲ ἦν) ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν.

ξϛ΄. Μετὰ δὲ τοῦτο εὐθὺς τοῦ Δερκυλίδου πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου παρεξελθόντος, Αβυδος ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ ἀφίσταται πρὸς Δερκυλίδαν καὶ Φαρνάβαζον, καὶ Λάμψακος δυοῖν ἡμέραιν ὕστερον. Στρομβιχίδης δ' ἐκ τῆς Χίου πυθόμενος, κατὰ τάχος βοηθήσας ναυσὶν Αθηναίων τέσσαρσι καὶ εἴκοσιν (ὧν καὶ στρατιώτιδες ἦσαν ὁπλίτας ἄγουσαι) ἐπεξελθόντων τῶν Λαμψακηνῶν, μάχῃ κρατήσας, καὶ αὐτοβοεὶ Λάμψακον ἀτείχιστον οὖσαν ἑλών, καὶ σκεύη μὲν καὶ ἀνδρά-

ποδα ἁρπαγὴν ποιησάμενος, τοὺς δὲ ἐλευθέρους πάλιν κατοικίσας, ἐπ᾽ Ἄβυδον ἦλθε. καὶ ὡς οὔτε προσεχώρουν, οὔτε προσβαλὼν ἐδύνατο ἑλεῖν, ἐς τὸ ἀντιπέρας τῆς Ἀβύδου ἀποπλεύσας, Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονήσου (ἥν ποτε οἱ Μῆδοι εἶχον) καθίσατο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου.

ξγ΄. Ἐν τούτῳ δὲ οἵ Χῖοί τε θαλασσοκράτορες μᾶλλον ἐγένοντο, καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ ὁ Ἀστύοχος πυθόμενος τὰ περὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὸν Στρομβιχίδην καὶ τὰς ναῦς ἀπεληλυθότα, ἐθάρσησε. καὶ παραπλεύσας δυοῖν νεοῖν Ἀστύοχος ἐς Χίον, κομίζει αὐτόθεν τὰς ναῦς, καὶ ξυμπάσαις ἤδη ἐπίπλουν ποιεῖται ἐπὶ τὴν Σάμον. καὶ ὡς αὐτῷ, διὰ τὸ ἀλλήλοις ὑπόπτως ἔχειν, οὐκ ἀντανήγοντο, ἀπέπλευσε πάλιν ἐς τὴν Μίλητον. ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο. ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ τὸν

vaſa quidem ac mancipia diripuiſſet, ſed *homines* liberos in ſuas priſtinas ſedes reſtituiſſet, Abydum petiit. Sed cum neque deditionem facerent *Abydeni*, neque *Strombichides eorum urbem* aggreſſus expugnare poſſet, in *ulteriorem* regionem Abydo oppoſitam trajecit, et Seſtum urbem in Cherſoneſo ſitam (quam olim Medi tenuerant) totius Hellesponti praeſidium et cuſtodiam conſtituit.

63. Interea vero et Chii mare magis obtinuerunt, *eoque liberius utebantur*, et qui Mileti erant; et Aſtyochus, cum audiſſet proelium navale commiſſum, et Strombichidem et naves *hoſtiles* diſceſſiſſe, fiduciam animo concepit. Quamobrem Aſtyochus cum duabus navibus in Chium profectus, naves illinc deduxit, et jam cum tota claſſe adverſus Samum contendit. Cum autem *hoſtes*, quod inter ſe ſuſpecti eſſent, obviam ei non prodirent, Miletum rediit. Nam per id temporis, atque etiam prius, popularis ſtatus Athenis eſt ſublatus. Poſtquam enim Piſander, ejusque collegae *Athenienſium* le-

gati, à Tiſſapherne Samum redierunt, res in caſtris longe firmius obſtrinxerunt, quod vel ipſi Samii *ſuae civitatis viros* potentes hortarentur, ut ſecum paucorum dominatum *in urbe* conſtituere conarentur, quamvis ipſimet *prius* alii adverſus alios ſurrexiſſent, ne paucorum dominatu regerentur. Quinetiam Athenienſes, qui Sami erant, cum et ipſi colloquium inter ſe habuiſſent, et rem contuliſſent, ſtatuerunt, Alcibiadem quidem (quandoquidem hoc ei non eſſet cordi) miſſum facere. Etenim *exiſtimabant*, ipſum idoneum non eſſe, qui ad paucorum dominatum veniret, ſed et ipſos, quod etiam in periculo jam verſarentur, per ſe diſpicere *oportere*, quonam modo res iſtae non remitterentur, et ſimul res bellicae ſuſtinerentur, ipſique pecuniam ex ſuis privatis aedibus alacriter conferrent, et ſi quid aliud opus eſſet, *ſuppeditarent*, quod non amplius aliorum, quam ſua ipſorum cauſa labores ac aerumnas perferrent.

64. Cum igitur his *verbis ſe mutuo* adhortati fuiſſent, tunc ſtatim Piſandrum et dimidiam legatorum partem domum dimi-

Πείσανδρον πρέσβεις παρὰ τοῦ Τισσα-φέρνους ἐς τὴν Σάμον ἦλθον, τά τε ἐν αὐ-τῷ τῷ στρατεύματι [ἔτι] βεβαιότερον κα-τέλαβον, καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρε-ψάντων τοὺς δυνατοὺς ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι, καίπερ ἐπαναστάν-τας αὐτοὺς ἀλλήλοις ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶν-ται. καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Αθηναίων κοινολογούμενοι ἐσκέ-ψαντο, Αλκιβιάδην μὲν, ἐπειδήπερ οὐ βού-λεται, ἐᾶν· (καὶ γὰρ οὐκ ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι ἐς ὀλιγαρχίαν ἐλθεῖν) αὐτοὺς δὲ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, ὡς ἤδη καὶ κινδυνεύοντας, ὁρᾶν ὅτῳ τρόπῳ μὴ ἀνεθήσεται τὰ πράγματα, καὶ τὰ τοῦ πολέμου ἅμα ἀντέχειν, καὶ ἐσφέ-ρειν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων προθύμως χρήματα, καὶ ἤν τι ἄλλο δέῃ, ὡς οὐκέτι ἄλ-λοις ἢ σφίσιν αὐτοῖς ταλαιπωροῦντας.

ξδ'. Παρακελευσάμενοι οὖν τοιαῦτα, τὸν μὲν Πείσανδρον εὐθὺς τότε καὶ τῶν πρέσβεων τοὺς ἡμίσεας ἀπέστελλον ἐπ' οἴ-

κου, πράξοντας τάχει, (καὶ εἴρητο αὐτοῖς, τῶν ὑπηκόων πόλεων αἷς ἂν προσίσχωσιν, ὀλιγαρχίαν καθιστάναι) τοὺς δ' ἡμίσεας ἐς τἄλλα τὰ ὑπήκοα χωρία ἄλλους ἄλλη διέπεμπον. καὶ Διοτρέφην ὄντα περὶ Χίον, ᾑρημένον δὲ ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης ἄρχειν, ἀπέστελλον ἐπὶ τὴν ἀρχήν. καὶ ἀφικόμενος ἐς τὴν Θάσον, τὸν δῆμον κατέλυσε. καὶ ἀπελθόντος αὐτοῦ, οἱ Θάσιοι δευτέρῳ μηνὶ μάλιστα τὴν πόλιν ἐτείχιζον, ὡς τῆς μὲν [μετ'] Ἀθηναίων ἀριστοκρατίας οὐδὲν ἔτι προσδεόμενοι, τὴν δὲ ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἐλευθερίαν ὅσαι ἡμέραι προσδεχόμενοι. καὶ γὰρ καὶ φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων παρὰ τοῖς Πελοποννησίοις, καὶ αὕτη μετὰ τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιτηδείων κατὰ κράτος ἔπρασσε ναῦς τε κομίσαι, καὶ τὴν Θάσον ἀποστῆσαι. ξυνέβη οὖν αὐτοῖς μάλιστα ἃ ἐβούλοντο, τὴν πόλιν τε ἀκινδύνως ὀρθοῦσθαι, καὶ τὸν ἐναντιωσόμενον δῆμον καταλελύσθαι. περὶ μὲν οὖν τὴν Θάσον

ſerunt ad res ibi transigendas (ipſis autem negotium datum fuerat, ut in ſubditorum civitatibus, ad quas appellerent, paucorum dominatum conſtituerunt) alteram vero dimidiam *legatorum* partem in alia ſubditorum oppida, alium alio dimiſerunt. Et Diotrephem, qui circa Chium agebat, qui delectus fuerat, ut Thraciam gubernaret, ad *ſuum* magiſtratum *gerendum* miſerunt. Hic autem Thaſum profectus, ſtatum popularem ſuſtulit. Poſt ejus autem diſceſſum, altero fere menſe Thaſii urbem muris cingere coeperunt, quaſi nequaquam jam indigerent optimatum ſtatu, qui apud Athenienſes eſſet, ſed quotidie libertatem a Lacedaemoniis exſpectarent. Nam eorum etiam exſules ab Athenienſibus *ex urbe* pulſi, foris apud Lacedaemonios erant, atque iſti cum neceſſariis, qui in urbe erant, totis viribus operam dabant, ut et naves *illuc Lacedaemone* adducerent, et Thaſum ad defectionem impellerent. Ipſis igitur accidit, quod maxime cupiebant, ut et ſine periculo civitas rem feliciter gereret, et popularis ſtatus tolleretur, qui adverſaturus fuiſſet. In Thaſo igitur res cecidit contra vota illorum Athenienſium, qui paucorum dominatum

conſtituere volebant. Quin etiam et apud multos alios, qui *Athenienſium* imperio parebant, *idem accidiſſe* mihi videtur. Civitates enim attentiores ad rem ſuam factae, et excuſſo metu rerum quas gerendas ſuscipiebant, ad apertam *certamque* libertatem progreſſae ſunt, illam *ſpecioſam ac* fallacem reipublicae recte adminiſtrandae formam ab Athenienſibus *propoſitam, certae libertati* non anteponentes.

65. At Piſander et ejus collegae, dum praeterveherentur, quemadmodum ſtatutum fuerat, ex urbibus, *quas adibant*, ſtatum popularem tollebant; quinetiam cum ex nonnullis urbibus gravis armaturae milites ſibi ſocios adjunxiſſent, quos ſecum ducebant, Athenas reverterunt: et pleraque a *ſuis* ſodalibus ante *ſuum reditum jam* confecta deprehenderunt. Etenim Androclem quemdam, acerrimum ſtatus popularis propugnatorem, qui etiam inter primos exſtiterat auctor Alcibiadis expellendi, quidam ex junioribus conſpiratione facta clam interfecerunt. Ipſum autem duabus de cauſis interfecerunt, tum quod populum ſuis concionibus ductaret, tum etiam, idque multo magis, quod eum Alcibiadi, tanquam rever-

τἀναντία τοῖς τὴν ὀλιγαρχίαν καθιστᾶσι τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο, δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τῶν ὑπηκόων. σωφροσύνην γὰρ λαβοῦσαι αἱ πόλεις, καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων, ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον εὐνομίαν οὐ προτιμήσαντες.

ξέ. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Πείσανδρον, παραπλέοντές τε, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τοὺς δήμους ἐν ταῖς πόλεσι κατέλυον, καὶ ἅμα ἔστιν ἀφ᾽ ὧν χωρίων καὶ ὁπλίτας ἔχοντες σφίσιν αὐτοῖς ξυμμάχους, ἦλθον ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ καταλαμβάνουσι τὰ πλεῖστα τοῖς ἑταίροις προσειργασμένα. καὶ γὰρ Ἀνδροκλέα τέ τινα τοῦ δήμου μάλιστα προεστῶτα ξυστάντες τινὲς τῶν νεωτέρων, κρύφα ἀποκτείνουσιν, ὥσπερ καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην οὐχ ἥκιστα ἐξήλασε· καὶ αὐτὸν κατ᾽ ἀμφότερα, τῆς τε δημαγωγίας ἕνεκα, καὶ οἰόμενοι τῷ Ἀλκιβιάδῃ ὡς κατιόντι, καὶ τὸν Τισσαφέρνην φίλον ποιήσοντι, χαριεῖσθαι,

μᾶλλόν τι διέφθειραν. καὶ ἄλλους τινὰς ἀνεπιτηδείους τῷ αὐτῷ τρόπῳ κρύφα ἀνάλωσαν. λόγος τε ἐκ τοῦ φανεροῦ προείργαστο αὐτοῖς, ὡς οὔτε μισθοφορητέον εἴη ἄλλους ἢ τοὺς στρατευομένους, οὔτε μεθεκτέον τῶν πραγμάτων πλείοσιν ἢ πεντακισχιλίοις, καὶ τούτοις οἳ ἂν μάλιστα τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ὠφελεῖν οἷοί τε ὦσιν.

ξϛʹ. Ην δὲ τοῦτο εὐπρεπὲς πρὸς τοὺς πλείους, ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν οἵπερ καὶ μεθιστάναι ἔμελλον. δῆμος μέντοι ὅμως ἔτι καὶ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου ξυνελέγετο. ἐβούλευον δὲ οὐδὲν ὅ,τι μὴ τοῖς ξυνεστῶσι δοκοίη· ἀλλὰ καὶ οἱ λέγοντες ἐκ τούτων ἦσαν, καὶ τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς προὐσκέπτετο. ἀντέλεγέ τε οὐδεὶς ἔτι τῶν ἄλλων, δεδιὼς καὶ ὁρῶν πολὺ τὸ ξυνεστηκός· εἰ δέ τις καὶ ἀντείποι, εὐθὺς ἐκ τρόπου τινὸς ἐπιτηδείου ἐτεθνήκει. καὶ τῶν δρασάντων οὔτε ζήτησις, οὔτ᾽, εἰ ὑποπτεύοιντο, δικαί-

ſuro et Tiſſaphernis amicitiam conciliaturo, gratificaturum exiſtimarent. Aliosque nonnullos *ad paucorum dominatum* non aptos, eodem modo clam ſuſtulerunt. Et orationem praemeditati fuerant, quam propalam habebant, ſtipendium non eſſe dandum ullis aliis, niſi iis, qui militarent, nec plures quam quinque hominum millia ad reipublicae adminiſtrationem admittendos eſſe, eosque qui et pecuniis et corporibus *rempublicam* maxime juvare poſſent.

66. Haec autem res apud plerosque ſpecioſum praetextum habebat; ſiquidem qui *reipublicae ſtatum* erant immutaturi, iidem civitatis adminiſtrationem erant habituri. Veruntamen et populus et Senatus adhuc de more *cum fabis ad ferenda ſuffragia* congregabatur. Sed nihil conſultando ſtatuebant, quod non conjuratis placeret. Quinetiam illi, qui concionabantur, erant ex horum *conjuratorum* numero, et quae dicenda erant, prius *quam apud populum efferrentur*, ab ipſis perpendebantur: nec aliorum ullus amplius contradicebat, quod magnum conjuratorum numerum metueret ac videret. Quod ſi quis contradixiſſet, confeſtim ali-

quo idoneo modo necabatur. neque de percuſſoribus inquirebatur, neque, ſi ſuſpecti erant, ſupplicium ſumebatur. Sed populus quieſcebat, adeoque perterrefactus erat, ut ſi quis eſſet, cui nulla vis afferretur, is in lucro poneret, etiam ſi taceret. Cum autem longe majorem conjuratorum numerum eſſe ducerent, quam erat, animis ſuccumbebant. Eum enim compertum habere non poterant; tum propter civitatis magnitudinem, tum propter mutuam ignorationem. Quinetiam hac ipſa de cauſa non licebat cuiquam apud alium miſerari ac lamentari vicem ſuam, ita ut inito conſilio ulciſceretur. Aut enim ignotum inveniſſet, cui dicturus eſſet; aut notum, *ſed* infidum. Nam ſinguli de populo ita ſe mutuo adibant, ut alii aliis eſſent ſuſpecti, quaſi *eorum* unusquisque particeps eſſet rerum, quae agebantur. Nam *in hoc conjuratorum numero* inerant etiam *nonnulli*, quos nullus unquam ſuſpicatus fuiſſet ſe ad paucorum dominatum converſuros, et iſti in primis effecerunt, ut nulla fides populo haberetur, et plurimum contulerunt ad confirmandum paucorum dominatum, quod populares ad mutuam, eamque minime dubiam diffidentiam induxiſſent.

αστις ἐγίγνετο· ἀλλ᾽ ἡσυχίαν εἶχεν ὁ δῆμος, καὶ κατάπληξιν τοιαύτην, ὥστε κέρδος, ὁ μὴ πάσχων τι βίαιον, εἰ καὶ σιγῴη, ἐνόμιζε. καὶ τὸ ξυνεστηκὸς πολὺ πλέον ἡγούμενοι εἶναι ἢ ἐτύγχανεν ὃ ἦν, ἡσσῶντο ταῖς γνώμαις· καὶ ἐξευρεῖν αὐτὸ ἀδύνατοι ὄντες διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, καὶ [διὰ] τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν οὐκ εἶχον. κατὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ προσολοφύρασθαι τινὶ ἀγανακτήσαντα, ὥστε ἀμύνασθαι ἐπιβουλεύσαντα, ἀδύνατον ἦν. ἢ γὰρ ἀγνῶτα ἂν εὗρεν ᾧ ἐρεῖ, ἢ γνώριμον, ἄπιστον. ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῄεσαν οἱ τοῦ δήμου, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων. ἐνῆσαν γὰρ καὶ οὓς οὐκ ἄν ποτέ τις ᾤετο ἐς ὀλιγαρχίαν τραπέσθαι, καὶ τὸ ἄπιστον οὗτοι μέγιστον πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐποίησαν, καὶ πλεῖστα ἐς τὴν τῶν ὀλίγων ἀσφάλειαν ὠφέλησαν, βέβαιον τὴν ἀπιστίαν τῷ δήμῳ πρὸς ἑαυτὸν καταστήσαντες.

ξζʹ. Ἐν τούτῳ οὖν τῷ καιρῷ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον ἐλθόντες, εὐθὺς τῶν λοιπῶν εἴχοντο· καὶ πρῶτον μὲν τὸν δῆμον ξυλλέξαντες, εἶπον γνώμην, δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας· τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην ἐσενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν, καθ' ὅ, τι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται· ἔπειτα ἐπειδὴ ἡ ἡμέρα ἐφῆκε, ξυνέκλῃσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν. (ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα) καὶ ἐσήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς ἄλλο μὲν οὐδὲν, αὐτὸ δὲ τοῦτο, ἐξεῖναι μὲν Ἀθηναίων ἀνειπεῖν γνώμην ἣν ἄν τις βούλεται: ἢν δέ τις τὸν εἰπόντα ἢ γράψηται παρανόμων, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ βλάψῃ, μεγάλας ζημίας ἐπέθεσαν. ἐνταῦθα δὴ λαμπρῶς ἐλέγετο ἤδη μήτε ἀρχὴν ἄρχειν μηδεμίαν ἔτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κόσμου, μήτε μισθοφορεῖν. Προέδρους τε ἑλέσθαι πέντε ἄνδρας, τούτους δὲ, ἑλέσθαι ἑκατὸν, καὶ τῶν

67. Interea vero Piſander ejusque collegae *Athenas* reverſi, confeſtim caeteris peragendis operam dare coeperunt. Ac primum quidem populo coacto ſententiam dixerunt, decem viros legum conſcribendarum cauſa deligendos, qui ſummam *hujus rei* poteſtatem haberent. Hi vero rogationem conſcriptam ad populum ad certam diem ferrent, qua ratione respublica optime adminiſtrari poſſet. Ubi autem *dicta* dies advenit, concionem convocarunt in Colonum. (eſt autem *hic locus editus, et* Neptuno ſacer, extra urbem, decem ferme ſtadiis *ab ea* diſtans.) Atque hi legum conſcriptores nihil quidem aliud promulgarunt, ſed hoc ipſum, Cuivis Athenienſium licere ſententiam pronuntiare quamcunque vellet. Si quis autem aut legum violatarum accuſaſſet, aut quoquo alio modo laeſiſſet eum, qui *ſuam ſententiam libere* pronuntiaſſet, ingentibus poenis ſanxerunt. Hic vero aperte dixerunt, jam nec ullum magiſtratum amplius ex priſtino *civitatis* inſtituto gerendum, nec ſtipendium *aliis, niſi illis, qui militarent*, dandum eſſe: ſed quinque praeſides deligendos, a quibus rurſus centum

alii viri deligerentur, quorum ſinguli tres *alios ſibi cooptarent.* Hi vero numero quadringenti in curiam ingreſſi, ſumma poteſtate praediti, imperarent prout optimum eſſe cognoſcerent; et quinque millia *civium* congregarent, quoties ipſis videretur.

68. Qui autem hanc quidem ſententiam dixit, fuit Piſander, qui etiam caeteris in rebus propalam *et* maximo ſtudio cum aliis ejusdem conjurationis ſociis popularem ſtatum evertit. Qui vero totum negotium compoſuerat, et jampridem praemeditatus fuerat rationem, qua *res* in eum ſtatum devenit, fuit Antiphon, vir Athenienſium ſui temporis nulli ſecundus, et in rebus excogitandis, et in iis, quae ſenſiſſet, exprimendis praeſtantiſſimus: qui ad populum quidem, aut ad *ullum* aliud concilium, in quo aliquid ſermonibus agitaretur, ſua ſponte non prodibat; ſed propter eloquentiam multitudini ſuſpectus erat: eos tamen, qui vel in judicio vel apud populum certabant, quisquis eum aliqua de re conſuluiſſet, hic unus vir, plurimum juvare poterat. Atque hic ipſe, poſtquam quadringentorum

ἑκατὸν ἕκαστον πρὸς ἑαυτῷ τρεῖς. ἐλθόντας δὲ αὐτοὺς τετρακοσίους ὄντας ἐς τὸ βουλευτήριον, ἄρχειν ὅπῃ ἂν ἄριστα γιγνώσκωσιν αὐτοκράτορας· καὶ τοὺς πεντακισχιλίους δὲ ξυλλέγειν, ὁπόταν αὐτοῖς δοκῇ.

ξη΄. Ην δὲ ὁ μὲν τὴν γνώμην ταύτην εἰπὼν Πείσανδρος, καὶ τἄλλα ἐκ τοῦ προφανοῦς προθυμότατα ξυγκαταλύσας τὸν δῆμον· ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς, ὅτῳ τρόπῳ κατέστη ἐς τοῦτο, καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς, Αντιφῶν ἦν, ἀνὴρ Αθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος, καὶ ἃ ἂν γνοίη, εἰπεῖν. καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν, οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἷς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων

ἐν ὑςέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τȣ͂ δήμȣ ἐκακȣ͂το, ἄριςα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμȣ͂ ὑπὲρ αὐτῶν τȣ́των αἰτίας, ὡς ξυγκατέςησε θανάτȣ δίκην ἀπολογησάμενος. παρέχε δὲ ϰ Φρύνιχος ἑαυτὸν πάντων διαφερόντως προθυμότατον ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν, δεδιὼς τὸν Ἀλκιβιάδην, ϰ ἐπιςάμενος εἰδότα αὐτὸν ὅσα ἐν τῇ Σάμῳ πρὸς τὸν Ἀςύοχον ἔπραξε· νομίζων ȣ̓κ ἄν ποτε αὐτὸν κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπ᾽ ὀλιγαρχίας κατελθεῖν. πολὺ δὲ πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδήπερ ὑπέςη, φερεγγυώτατος ἐφάνη. καὶ Θηραμένης ὁ τȣ͂ Ἅγνωνος, ἐν τοῖς ξυγκαταλύȣσι τὸν δῆμον πρῶτος ἦν, ἀνὴρ ȣ̓́τε εἰπεῖν ȣ̓́τε γνῶναι ἀδύνατος. ὥςε ἀπ᾽ ἀνδρῶν πολλῶν καὶ ξυνετῶν πραχθὲν τὸ ἔργον, ȣ̓κ ἀπεικότως, καίπερ μέγα ὂν, προȣ̓χώρησε. χαλεπὸν γὰρ ἦν τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἔτει ἑκατοςῷ μάλιςα ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι, ϰ ȣ̓ μόνον μὴ ὑπήκοον ὄντα, ἀλλὰ ϰ ὑ-

ſtatus collapſus, a populo vexari *pleriqué* coepit, cum in judicium vocatus fuiſſet harum ipſarum *rerum* cauſa, quaſi *cum caeteris conjuratis paucorum dominatum* conſtituiſſet, optime omnium, ad meam usque memoriam, capitis cauſam dixiſſe videtur. Phrynichus etiam ſeſe omnium longe ſtudioſiſſimum praeſtitit in paucorum dominatu *conſtituendo*, quod Alcibiadem metueret, ac ſciret, eum ſcire quaecunque Sami cum Aſtyocho tractaſſet; exiſtimans eum (ut credibile erat) nunquam *in patriam* reverſurum, *ut* ſub paucorum dominatu *viveret*. In periculis autem ſuſtinendis, poſtquam *ſemel ea* ſuscepit, longe fortiſſimus eſt viſus. Theramenes etiam Agnonis *filius*, vir nec infacundus nec imprudens, inter illos, qui popularem ſtatum everterunt, primus fuit. Quamobrem opus a multis et prudentibus viris tractatum, quamvis eſſet arduum, *tamen* haud immerito ſucceſſit. Arduum enim erat populum Athenienſem centeſimo fere ab exactis tyrannis anno libertate privare, qui non ſolum nullius imperio parebat, ſed etiam plusquam hujus

temporis dimidio ipſe aliis imperare conſueverat.

69. Poſtquam autem concio, nemine refragante, haec rata habuit, et dimiſſa fuit, *conjuratorum principes* aliquanto poſt illos quadringentos in curiam hoc modo introduxerunt. Athenienſes omnes, partim quidem in muris, partim vero in ſtationibus, acie inſtructa aſſidue ſtabant, propter hoſtes apud Deceleam agentes. Illo igitur die eos quidem, qui *conjurationis* conſcii non erant, abire permiſerunt, quemadmodum conſueverunt. Conjurationis vero ſociis clam praeceptum fuerat, ne in ipſis ſtationibus, in quibus armati excubias agere ſolebant, permanerent, ſed procul *ab his ſtarent*, et, ſi quis iis, quae fierent, adverſaretur, ſumtis armis *hoc ab eo fieri* non permitterent. Quibus autem haec praecepta fuerant, et qui ad hoc ipſum *peragendum* cum ſuis armis venerant, fuerunt et Andrii, et Tenii, et Caryſtiorum trecenti, et ex Aeginetis illi coloni, quos Athenienſes *illic* habitaturos miſerant. His autem ita diſpoſitis, illi quadringenti viri, cum occulto quique pugio-

πὲρ ἥμισυ τȣ̃ χρόνȣ τȣ́τȣ αὐτὸν ἄλλων ἄρχειν εἰωθότα.

ξθ΄. Επειδὴ δὲ ἡ ἐκκλησία, ȣ̓δενὸς ἀντειπόντος, ἀλλὰ κυρώσασα ταῦτα διελύθη, τȣ̀ς τετρακοσίȣς τρόπῳ τοιῷδε ὕϛερον ἤδη εἰς τὸ βȣλευτήριον εἰσήγαγον. ἦσαν δ᾽ Αθηναίων πάντες ἀεὶ, οἱ μὲν ἐπὶ τείχει, οἱ δ᾽ ἐν τάξει, τῶν ἐν Δεκελείᾳ πολεμίων ἕνεκα, ἐφ᾽ ὅπλοις. τῇ ȣ̂ν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τȣ̀ς μὲν μὴ ξυνειδότας εἴασαν, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἀπελθεῖν, τοῖς δ᾽ ἐν τῇ ξυνωμοσίᾳ εἴρητο ἡσυχῇ μὴ ὑπ᾽ αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις ἀλλ᾽ ἄπωθεν περιμένειν, κὴ, ἤν τις ἐνίϛηται τοῖς ποιȣμένοις, λαβόντας τὰ ὅπλα μὴ ἐπιτρέπειν. ἦσαν δὲ κὴ Ανδριοι, κὴ Τήνιοι, κὴ Καρυϛίων τριακόσιοι, κὴ Αἰγινητῶν τῶν ἐποίκων, ȣ̀ς οἱ Αθηναῖοι ἔπεμψαν οἰκήσοντας, ἐπ᾽ αὐτὸ τȣ̃το ἥκοντες ἐν τοῖς ἑαυτῶν ὅπλοις, οἷς ταῦτα προείρητο. τȣ́των δὲ διατεταγμένων ȣ̂τως, ἐλθόντες οἱ τετρακόσιοι, μετὰ ξιφιδίȣ ἀφανȣ̃ς

ἕκαςος, ϗ οἱ εἴκοσι ϗ ἑκατὸν μετ᾽ αὐτῶν Ἕλληνες νεανίσκοι (οἷς ἐχρῶντο εἴτι πȣ δέοι χειρȣργεῖν) ἐπέςησαν τοῖς ἀπὸ τȣ̃ κυάμȣ βȣλευταῖς, ȣ̃σιν ἐν τῷ βȣλευτηρίῳ καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐξιέναι, λαϐȣ̃σι τὸν μισθόν. ἔφερον δὲ αὐτοῖς τȣ̃ ὑπολοίπȣ χρόνȣ παντὸς αὐτοὶ, ϗ ἐξιȣ̃σιν ἐδίδοσαν.

ό. Ὡς δὲ τȣ́τῳ τῷ τρόπῳ ἥ τε βȣλὴ ȣ̓δὲν ἀντειπȣ̃σα ὑπεξῆλθε, ϗ οἱ ἄλλοι πολῖται ȣ̓δὲν ἐνεωτέριζον, ἀλλ᾽ ἡσύχαζον, οἱ δὲ τετρακόσιοι, ἐσελθόντες ἐς τὸ βȣλευτήριον, τότε μὲν Πρυτάνεις τε σφῶν αὐτῶν ἀπεκλήρωσαν, ϗ ὅσα πρὸς τȣ̀ς θεȣ̀ς εὐχαῖς ϗ θυσίαις καθιςάμενοι ἐς τὴν ἀρχὴν ἐχρήσαντο. ὕςερον δὲ πολὺ μεταλλάξαντες τῆς τȣ̃ δήμȣ διοικήσεως, πλὴν τȣ̀ς φεύγοντας ȣ̓ κατῆγον, τȣ̃ Ἀλκιϐιάδȣ ἕνεκα. τὰ δὲ ἄλλα, ἔνεμον κατὰ κράτος τὴν πόλιν. ϗ ἄνδρας τέ τινας ἀπέκτειναν ȣ̓ πολλȣ̀ς, οἳ ἐδόκȣν ἐπιτήδειοι εἶναι ὑπεξαιρεθῆναι, ϗ ἄλλȣς ἔδησαν, τȣ̀ς δὲ ϗ μεν-

ne profecti, comitantibus centum et viginti Graecis adoleſcentibus (quibus utebantur, ſicubi manu illorum ad caedem aliquam faciendam opus erat) Senatores, qui in curia erant, et qui in ſuffragiis ferendis uti ſolebant fabis, circumſteterunt, ipſosque ſumta *ſua* mercede exire juſſerunt. Attulerant autem ipſi *mercedem* reliqui totius *ſuperioris* temporis, ipſisque exeuntibus *eam* dederunt.

70. Cum igitur Senatus *ex curia* nihil refragatus hoc modo ſe ſubduxiſſet, et caeteri cives nihil innovarent, ſed quieſcerent; illi quadringenti in curiam ingreſſi tunc quidem Prytanes e ſuo corpore ſortito conſtituerunt, et quibuscunque votis atque ſacrificiis divini cultus gratia magiſtratus iniri ſolent, uſi ſunt. Poſtea vero valde immutata reipublicae adminiſtrandae ratione, qua populus ante utebatur, praeterquam quod exſules (Alcibiadis gratia) non reſtituerunt, caeteris in rebus civitatem imperioſe regebant. Nonnullos etiam viros, haud multos *tamen*, interfecerunt, qui digni videbantur, qui clam de medio tollerentur; nonnullos etiam in vincula conjecerunt, quinetiam

nonnullos relegaverunt. Ad Agidem quoque Lacedaemoniorum regem, qui erat apud Deceleam, caduceatorem miſerunt, per quem ſignificarunt, *ſe* in gratiam redire velle, et conſentaneum eſſe ipſum ſibi, non autem amplius infido populo, magis *quam prius* aſſentiri.

71. Ille vero exiſtimans civitatem nondum quietam eſſe, nec tam cito populum antiquam libertatem traditurum, nec quieturum, ſi magnum Lacedaemoniorum exercitum conſpexiſſet, quinetiam ne in praeſentia quidem admodum credens, eos non amplius turbari, illis quidem, qui a quadringentis miſſi fuerant, nullam de compoſitione reſponſum dedit: ſed cum praeterea magnum exercitum ex Peloponneſo accerſiſſet, non multo poſt et ipſe cum illo praeſidio, quod ad Deceleam erat, et cum *novis* copiis, quae venerant, ad ipſa Athenienſium moenia deſcendit, ſperans vel ipſos, dum eſſent turbati, in ſuam poteſtatem arbitratu ſuo facilius venturos, vel etiam primo ſtatim impetu, ſimul ac ſui milites clamorem ſuſtuliſſent, propter tumultum, quem intra pariter et extra fore credibile eſſet. Sibi enim

πέστησαν. πρός τε Ἆγιν τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα, ὄντα ἐν τῇ Δεκελείᾳ, ἐπεκηρυκεύοντο, λέγοντες διαλλαγῆναι βούλεσθαι, καὶ εἰκὸς εἶναι αὐτὸν σφίσι καὶ οὐκέτι τῷ ἀπίστῳ δήμῳ μᾶλλον ξυγχωρεῖν.

οα΄. Ὁ δὲ, νομίζων τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχάζειν, οὐδὲ εὐθὺς οὕτω τὸν δῆμον τὴν παλαιὰν ἐλευθερίαν παραδώσειν· εἴτε στρατιὰν πολλὴν ἴδοι σφῶν, οὐκ ἂν ἡσυχάσειν, οὐδὲ ἐν τῷ παρόντι πάνυ πιστεύων μὴ οὐκέτι ταράττεσθαι αὐτοὺς, τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν τετρακοσίων ἐλθοῦσιν οὐδὲν ξυμβατικὸν ἀπεκρίνατο, προσμεταπεμψάμενος δὲ ἐκ Πελοποννήσου στρατιὰν πολλὴν, οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ αὐτὸς τῇ ἐκ τῆς Δεκελείας φρουρᾷ μετὰ τῶν ἐλθόντων κατέβη πρὸς αὐτὰ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων· ἐλπίσας ἢ ταραχθέντας αὐτοὺς μᾶλλον ἂν χειρωθῆναι σφίσιν ᾗ βούλονται, ἢ καὶ αὐτοβοεὶ ἂν, διὰ τὸν ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν κατὰ τὸ εἰκὸς γενησόμενον θόρυβον. τῶν γὰρ μακρῶν

τειχῶν, διὰ τὴν κατ᾽ αὐτὰ ἐρημίαν, λήψεως οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν. ὡς δὲ προσέμιξέ τε ἐγγὺς, καὶ οἱ Αθηναῖοι τὰ μὲν ἔνδοθεν οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν ἐκίνησαν, τοὺς δὲ ἱππέας ἐκπέμψαντες, καὶ μέρος τι τῶν ὁπλιτῶν καὶ ψιλῶν καὶ τοξοτῶν, ἄνδρας κατέβαλον αὐτῶν διὰ τὸ ἐγγὺς προσελθεῖν, καὶ ὅπλων τινῶν καὶ νεκρῶν ἐκράτησαν, οὕτω δὴ γνοὺς ἀπήγαγε πάλιν τὴν στρατιάν. καὶ αὐτὸς μὲν καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ κατὰ χώραν ἐν τῇ Δεκελείᾳ ἔμενον· τοὺς δ᾽ ἐπελθόντας, ὀλίγας τινὰς ἡμέρας ἐν τῇ γῇ μείναντας ἀπέπεμψαν ἐπ᾽ οἴκου. μετὰ δὲ τοῦτο, παρά τε τὸν Αγιν ἐπρεσβεύοντο οἱ τετρακόσιοι οὐδὲν ἧσσον, καὶ ἐκείνου μᾶλλον ἤδη προσδεχομένου καὶ παραινοῦντος, ἐκπέμπουσι καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα περὶ ξυμβάσεως πρέσβεις, βουλόμενοι διαλλαγῆναι.

οϐ΄. Πέμπουσι δὲ καὶ ἐς τὴν Σάμον δέκα ἄνδρας, παραμυθησομένους τὸ στρατόπεδον, καὶ διδάξοντας ὡς οὐκ ἐπὶ βλάβῃ τῆς πόλεως

non defuturam aliquam facultatem capiendi longos muros, propter ſolitudinem, quae eſſet in ipſis. Sed cum *ſuas copias* propius *moenia* admoviſſet, et Athenienſes urbana praeſidia ne vel minimum quidem moviſſent, ſed, emiſſo equitatu ac parte quadam gravis et levis armaturae et ſagittariorum, nonnullos ipſorum *hoſtium* proſtraviſſent, quod *ad urbem* propius acceſſiſſent, et armis quibusdam et cadaveribus potiti fuiſſent, ita demum *Agis rei difficultatem* cognoſcens, rurſus exercitum *illinc* reduxit. Atque ipſe quidem, et qui cum ipſo *prius illic* fuerant, in loco apud Deceleam manſerunt. Illos vero, qui praeterea venerant, poſtquam aliquot dies in eo agro commorati ſunt, domum remiſerunt. Poſtea vero quadringenti viri legatos ad Agin nihilominus miſerunt. Cum autem ille jam facilius admitteret, ac *ipſos ad hoc* adhortaretur, Lacedaemonem etiam legatos de compoſitione *acturos* emiſerunt, quod pacem facere cuperent.

72. Samum etiam decem viros miſerunt, ut milites delinirent, ac docerent, non in perniciem reipublicae atque civium pauco-

rum dominatum conſtitutum fuiſſe, ſed ad univerſae reipublicae ſalutem *ſtabiliendam*: et eſſe quinque millia *civium*, non autem quadringentos tantum, qui rempublicam adminiſtrarent; cum tamen Athenienſes nunquam antea propter expeditiones et in exteris regionibus occupationes ad ullam conſultationem de re quantumvis ardua veniſſent, ad quam quinque millia *civium* conveniſſent. Cum autem et caetera, quae dicere decebat, *ſuis legatis* praecepiſſent, *eos illuc* ſtatim ab ipſa ſui ſtatus conſtitutione miſerunt, veriti ne (quod accidit) nautica multitudo, cum ipſa in paucorum dominatus ſtatu manere nollet, tum etiam ſe ipſos, malo illic initium ſumente, *de eo ſtatu* deturbarent.

73. Etenim jam apud Samum de rebus novandis et de paucorum dominatu conſtituendo agebatur; et contigit, ut per idem tempus, quo illi quadringenti *Athenis* conſtituti ſunt, haec *apud Samum* fierent. Qui enim ex Samiis in proceres inſurrexerant, et qui ſtatum popularem fovebant, *quod is ex ipſorum multitudine conſtaret*, rurſus immutati, et a Piſandro, quum venit, et ab A-

καὶ τῶν πολιτῶν ἡ ὀλιγαρχία κατέστη, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ξυμπάντων πραγμάτων· πεντακισχίλιοί τε ὅτι εἶεν, καὶ οὐ τετρακόσιοι μόνον οἱ πράσσοντες, καίτοι οὐ πώποτε Ἀθηναίους διὰ τὰς στρατείας καὶ τὴν ὑπερόριον ἀσχολίαν ἐς οὐδὲν πρᾶγμα οὕτω μέγα ἐλθεῖν βουλεύσοντας, ἐν ᾧ πεντακισχιλίους ξυνελθεῖν. καὶ τἄλλα ἐπιστείλαντες τὰ πρέποντα εἰπεῖν, ἀπέπεμψαν εὐθὺς μετὰ τὴν αὐτῶν μετάστασιν, δείσαντες μὴ (ὅπερ ἐγένετο) ναυτικὸς ὄχλος, οὔτε αὐτὸς μένειν ἐν τῷ ὀλιγαρχικῷ κόσμῳ ἐθέλῃ, σφᾶς τε μὴ, ἐκεῖθεν ἀρξαμένου τοῦ κακοῦ, μεταστήσωσιν.

ογ´. Ἐν γὰρ τῇ Σάμῳ ἐνεωτερίζετο ἤδη τὰ περὶ τὴν ὀλιγαρχίαν, καὶ ξυνέβη τοιάδε γενέσθαι ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον ὅνπερ οἱ τετρακόσιοι ξυνίσταντο. οἱ γὰρ τότε τῶν Σαμίων ἐπαναστάντες τοῖς δυνατοῖς, καὶ ὄντες δῆμος, μεταβαλλόμενοι αὖθις, καὶ πεισθέντες ὑπό τε τοῦ Πεισάνδρου ὅτε ἦλ-

θε, καὶ τῶν ἐν τῇ Σάμῳ ξυνεστώτων Ἀθηναίων, ἐγένοντό τε ἐς τριακοσίους ξυνωμόται, καὶ ἔμελλον τοῖς ἄλλοις ὡς δήμῳ ὄντι ἐπιθήσεσθαι. καὶ Ὑπέρβολόν τέ τινα τῶν Ἀθηναίων, μοχθηρὸν ἄνθρωπον, ὠστρακισμένον οὐ διὰ δυνάμεως καὶ ἀξιώματος φόβον, ἀλλὰ διὰ πονηρίαν καὶ αἰσχύνην τῆς πόλεως, ἀποκτείνουσι, μετὰ Χαρμίνου τε ἑνὸς τῶν στρατηγῶν, καί τινων τῶν παρὰ σφίσιν Ἀθηναίων, πίστιν διδόντες αὐτοῖς. καὶ ἄλλα μετ᾽ αὐτῶν τοιαῦτα ξυνέπραξαν. τοῖς τε πλείοσιν ὥρμηντο ἐπιτίθεσθαι. οἱ δὲ, αἰσθόμενοι, τῶν τε στρατηγῶν Λέοντι καὶ Διομέδοντι (οὗτοι γὰρ οὐχ ἑκόντες, διὰ τὸ τιμᾶσθαι ὑπὸ τοῦ δήμου, ἔφερον τὴν ὀλιγαρχίαν) τὸ μέλλον σημαίνουσι, καὶ Θρασυβούλῳ καὶ Θρασύλλῳ, τῷ μὲν, τριηραρχοῦντι, τῷ δὲ, ὁπλιτεύοντι, καὶ ἄλλοις οἳ ἐδόκουν ἀεὶ μάλιστα ἐναντιοῦσθαι τοῖς ξυνεστῶσι· καὶ οὐκ ἠξίουν περιιδεῖν αὐτοὺς σφᾶς τε διαφθαρέντας, καὶ Σάμον Ἀθηναίοις ἀλ-

thenienſibus conjuratis, qui Sami erant, inducti, ad trecentos conjurationem fecerunt, et caeteros ut factionem popularem aggredi ſtatuerunt. Et Hyperbolum quendam civem Athenienſem, improbum hominem, qui non propter potentiae ac dignitatis metum, ſed propter improbitatem et dedecus civitatis in exſilium per oſtracismum pulſus fuerat, interfecerunt, eos adjuvantibus Charmino, uno e ducibus, et quibusdam Athenienſibus, qui apud ipſos erant, quibus fidem dederant. Et alia hujusmodi *facinora* cum ipſis perpetrarunt: et factionem popularem aggredi ſtatuerunt. Illa vero, cum ſenſiſſet, cum Leonti et Diomedonti ducibus (hi enim, quod a populari factione colerentur, inviti paucorum dominatum ferebant) id, quod futurum erat, ſignificavit, tum Thraſybulo et Thraſyllo; quorum alter quidem erat trierarchus, alter vero gravis armaturae dux, tum etiam caeteris, qui videbantur ſemper maxime adverſari illis conjuratis. Ipſos autem rogavit, ne paterentur ſe perire, et Samum ab Athenienſibus alienari, propter quam unam ipſorum imperium ad

id usque tempus in eo ſtatu permanſiſſet. Illi vero his auditis, ſingulos milites adierunt, *et orarunt*, ne *hoc fieri* permitterent, praecipue vero Paralos, homines Athenienſes atque liberos omnes, qui in *Paralo* navi vehebantur, qui paucorum dominatui, vel antequam conſtitutus fuiſſet, ſemper infeſti fuerant. Quamobrem Leon et Diomedon, quoties aliquo navigabant, aliquot naves relinquebant, quae ipſis praeſidio eſſent. Quare, poſtquam illi trecenti *conjurati* ipſos invaſerunt, cum iſti omnes, praecipue vero Parali, opem ipſis tuliſſent, Samii, qui factionem popularem ſequebantur, *horum praeſidio muniti, eos* ſuperarunt. Et e trecentorum numero ad triginta interfecerunt, tres vero praecipuos autores exſilio mulctarunt: caeteris vero, depoſita injuriarum acceptarum memoria, ignoverunt; et, reſtituto populari ſtatu, rempublicam in poſterum communiter adminiſtraverunt.

74. Paralum autem navem, et Chaeream Archeſtrati *filium* in eam impoſitum, virum Athenienſem, qui ſtatui mutando egregiam

λοτριωθεῖσαν, δι' ἣν μόνον μέχρι νῦν ἡ ἀρχὴ αὐτοῖς ἐς τοῦτο ξυνέμεινεν. οἱ δὲ, ἀκούσαντες, τῶν στρατιωτῶν ἕνα ἕκαστον μετήεσαν, μὴ ἐπιτρέπειν, καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς Παράλους ἄνδρας Ἀθηναίους τε καὶ ἐλευθέρους πάντας ἐν τῇ νηὶ πλέοντας, καὶ ἀεὶ δήποτε ὀλιγαρχίᾳ καὶ μὴ παρούσῃ ἐπικειμένους· ὅ,τε Λέων καὶ ὁ Διομέδων αὐταῖς ναῦς τινας ὁπότε ποι πλέοιεν, κατέλειπον φύλακας. ὥστε, ἐπειδὴ αὐτοῖς ἐπετίθεντο οἱ τριακόσιοι, βοηθησάντων πάντων τούτων, μάλιστα δὲ τῶν Παράλων, περιεγένοντο οἱ τῶν Σαμίων πλείονες. καὶ τριάκοντα μέν τινας ἀπέκτειναν τῶν τριακοσίων, τρεῖς δὲ τοὺς αἰτιωτάτους φυγῇ ἐζημίωσαν· τοῖς δ' ἄλλοις οὐ μνησικακοῦντες, δημοκρατούμενοι τολοιπὸν ξυνεπολίτευον.

οδ. Τὴν δὲ Πάραλον ναῦν, καὶ Χαιρέαν ἐπ' αὐτῆς τὸν Ἀρχεστράτου, ἄνδρα Ἀθηναῖον, γενόμενον ἐς τὴν μετάστασιν πρόθυ-

μον, ἀποπέμπουσιν οἵ τε Σάμιοι καὶ οἱ στρατιῶται κατὰ τάχος ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀγγελοῦντα τὰ γεγενημένα. οὐ γὰρ ᾔδεσάν πω τοὺς τετρακοσίους ἄρχοντας. καὶ καταπλευσάντων αὐτῶν, τῶν μὲν Παράλων τινὰς οἱ τετρακόσιοι δύο ἢ τρεῖς ἔδησαν, τοὺς δὲ ἄλλους, ἀφελόμενοι τὴν ναῦν, καὶ μετεμβιβάσαντες εἰς ἄλλην στρατιῶτιν ναῦν, ἔταξαν φρουρεῖν περὶ Εὔβοιαν. ὁ δὲ Χαιρέας, εὐθὺς διαλαθών πως, ὡς εἶδε τὰ παρόντα, πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἐλθὼν, ἀγγέλλει τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὸ μεῖζον πάντα δεινώσας τὰ ἐκ τῶν Ἀθηναίων, ὡς πληγαῖς τε πάντας ζημιοῦσι, καὶ ἀντειπεῖν ἐστὶν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν, καὶ ὅτι αὐτῶν καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες ὑβρίζονται· καὶ διανοοῦνται, ὁπόσοι τε ἐν Σάμῳ στρατεύονται μὴ ὄντες τῆς σφετέρας γνώμης, τούτων πάντων τοὺς προσήκοντας λαβόντες εἵρξειν, ἵνα ἢν μὴ ὑπακούσωσι, τεθνήκωσι. καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπικαταψευδόμενος ἔλεγεν.

operam navaverat, Samii et milites *Athenienſium* confeſtim Athenas miſerunt, res *Sami* geſtas *Athenienſibus* nuntiaturum. Nondum enim reſciverant quadringentos viros imperio potitos. Cum autem illi *Athenas* perveniſſent, illi quadringenti nonnullos quidem de Paralis, duos aut tres, in vincula conjecerunt; caeteros vero, cum eam navem *ipſis* abſtuliſſent, et *ipſos* in aliam militarem navem illinc transportatos impoſuiſſent, circum Euboeam agere cuſtodiam juſſerunt. Chaereas vero, ſimul ac animadvertit praeſentem rerum ſtatum, confeſtim clandeſtina quadam ratione ſe ſubducens, Samum reverſus, retulit militibus, quae fierent Athenis, omnia verbis aſperioribus exaggerans, omnes verberibus *ab illis quadringentis* mulctari, nec licere quicquam adverſus eos dicere, qui rempublicam adminiſtrarent, quinetiam ipſorum uxores et liberos vim *ab illis* cum contumelia pati. In animo etiam habere, propinquos eorum omnium, qui apud Samum militarent, quotquot ab ipſis disſentirent, comprehenſos in vincula conjicere, ut, ſi, *illorum imperio* non parerent, *ipſorum propinqui* capite plecterentur. Alia etiam permulta mentiens adjecit

75. Milites autem his auditis, primum quidem in eos, qui praecipue paucorum dominatum conſtituerant, et in caeteros, qui participes fuerant, impetum fecerunt, ut *eos* percuterent; deinde tamen ab illis, qui ſe interpoſuerunt, impediti, ac edocti, ne hoſtibus cum infeſta claſſe ſtationem adverſus *Athenienſes* prope *Samum* habentibus, res *omnes* perderent, *ab incoepto* deſtiterunt. Poſtea vero Thraſybulus Lyci *filius* et Thraſyllus, (iſti enim hujus mutationis praecipui autores exſtiterant) jam aperte res Samias ad popularem ſtatum revocare cupientes, omnes milites, et illos praecipue, qui ex paucorum dominatu erant, ad maximum jusjurandum adegerunt, quo promiſerunt ſe populari ſtatu in reipublicae adminiſtratione *poſthac* uſuros et concordes futuros, et bellum adverſus Peloponneſios alacriter geſturos; et illis quadringentis hoſtes futuros, nec ulla de re per caduceatorem *cum illis* acturos. Omnes etiam Samii, qui per aetatem arma ferre poterant, idem jusjurandum cum caeteris juraverunt, et *Athenienſium* milites omnia negotia, et

οε΄. Οἱ δ᾽ ἀκούοντες, ἐπὶ τοὺς τὴν ὀλιγαρχίαν μάλιστα ποιήσαντας, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοὺς μετασχόντας τὸ μὲν πρῶτον ὥρμησαν βάλλειν, ἔπειτα μέντοι, ὑπὸ τῶν διὰ μέσου κωλυθέντες, καὶ διδαχθέντες, μὴ, τῶν πολεμίων ἀντιπρώρων ἐγγὺς ἐφορμούντων, ἀπολέσωσι τὰ πράγματα, ἐπαύσαντο. μετὰ δὲ τοῦτο, λαμπρῶς ἤδη ἐς δημοκρατίαν βουλόμενοι καταστῆσαι τὰ ἐν τῇ Σάμῳ ὅ,τε Θρασύβουλος ὁ τοῦ Λύκου καὶ Θράσυλλος (οὗτοι γὰρ μάλιστα προειστήκεισαν τῆς μεταβολῆς) ὥρκωσαν πάντας τοὺς στρατιώτας τοὺς μεγίστους ὅρκους, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα, ἦ μὴν δημοκρατήσεσθαί τε καὶ ὁμονοήσειν, καὶ τὸν πρὸς τοὺς Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διοίσειν· καὶ τοῖς τετρακοσίοις πολέμιοί τε ἔσεσθαι, καὶ οὐδὲν ἐπικηρυκεύεσθαι. ξυνώμνυσαν δὲ καὶ Σαμίων πάντες τὸν αὐτὸν ὅρκον οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τὰ πράγματα πάντα καὶ τὰ ἀποβησόμενα ἐκ τῶν

κινδύνων ξυνεκοινώσαντο οἱ στρατιῶται τοῖς Σαμίοις· νομίζοντες οὔτε ἐκείνοις ἀποστροφὴν σωτηρίας, οὔτε σφίσιν εἶναι, ἀλλ' ἐάν τε οἱ τετρακόσιοι κρατήσωσιν, ἄν τε οἱ ἐκ Μιλήτου πολέμιοι, διαφθαρήσεσθαι.

οϛ'. Ες φιλονεικίαν τε καθέστασαν τὸν χρόνον τοῦτον, οἱ μὲν, τὴν πόλιν ἀναγκάζοντες δημοκρατεῖσθαι, οἱ δὲ, τὸ στρατόπεδον ὀλιγαρχεῖσθαι. ἐποίησαν δὲ καὶ ἐκκλησίαν εὐθὺς οἱ στρατιῶται, ἐν ᾗ τοὺς προτέρους στρατηγοὺς, καὶ εἴ τινα τῶν τριηράρχων ὑπώπτευον, ἔπαυσαν, ἄλλους δὲ ἀνθείλοντο καὶ τριηράρχους καὶ στρατηγοὺς, ὧν Θρασύβουλός τε καὶ Θράσυλλος ὑπῆρχον. καὶ παραινέσεις ἄλλας τε ἐποιοῦντο ἐν σφίσιν ἀνιστάμενοι, καὶ ὡς οὐ δεῖ ἀθυμεῖν ὅτι ἡ πόλις αὐτῶν ἀφέστηκε. τοὺς γὰρ ἐλάσσους ἀπὸ σφῶν τῶν πλεόνων καὶ ἐς πάντα ποριμωτέρων μεθεστάναι. ἐχόντων γὰρ σφῶν τὸ πᾶν ναυτικὸν, τὰς ἄλλας πόλεις ὧν ἄρχουσιν ἀναγκάσειν τὰ χρήματα ὁμοίως

quae ex periculis eventura forent, cum Samiis communicaverunt; exiſtimantes nec illis, nec ſibi ſalutis refugium eſſe, ſed *utrosque* perituros, ſive illi quadringenti vicisſent, ſive hoſtes qui Mileti erant.

76. Atque tunc temporis in contentionem deſcenderunt: hi quidem, *qui Sami erant*, quod urbem *Athenas* populari ſtatu regi cogere conarentur; illi vero, *qui Athenis erant, quod* exercitum, *qui Sami erat*, paucorum dominatu regi *cogere conarentur*. Confeſtim etiam milites concionem coëgerunt, in qua ſuperiores duces, et ſi quem trierarchum ſuſpectum habebant, magiſtratu amoverunt, et in eorum locum alios ſuffecerunt et trierarchos et duces, quo in numero fuerunt Thraſybulus et Thraſyllus. Et ſurgentes cum aliis adhortationibus ſe mutuo adhortabantur, tum *hac, qua dicebant*, animum non eſſe abjiciendum, quod civitas a ſe defeciſſet. Illos enim, quorum numerus minor eſſet, a ſe, qui numero plures eſſent, et qui majore rerum omnium copia abundarent, ſeceſſionem feciſſe. Se enim, qui totam claſſem haberent, caeteras civitates ſuo imperio ſubjectas adacturos ad

pendendas pecunias, aeque ac ſi illinc, *ex ipſa Athenarum urbe, ad eas exigendas* proficiſcerentur: (ſe enim habere Samum, civitatem non parum potentem, ſed a qua minimum abſuerat, quin Athenienſes ſuo maritimo imperio ſpoliarentur, dum bellum *cum ipſis* gereret) et hoſtium impetum ex eodem, quo et ante, loco propulſaturos. Quinetiam ſe, quod penes ſe claſſem haberent, majorem commeatus comparandi facultatem habituros, quam illos, qui Athenis eſſent. Praeterea *dicebant*, ipſos, *qui Athenis eſſent*, propter ſe, qui apud Samum commorarentur, ingreſſu in Piraeeum potiri, et nunc eo redactum iri, ut, niſi ſuam rempublicam ſibi reſtituere vellent, ipſi facilius illos maris uſu prohiberent, quam ab illis prohiberi poſſent. Adjumentum etiam, quod ad ſuperandos hoſtes ipſa civitas ſibi *prius* afferebat, parvum et plane contemnendum eſſe: ſeque nihil amiſiſſe, *quod ab illis deſerti fuiſſent*, qui nullam pecuniam amplius haberent, quam mitterent, ſed ipſimet milites ſibi quaeritarent, neque ſalubre conſilium, cujus cauſa civitas imperium in exerci-

διδόναι, καὶ εἰ ἐκεῖθεν ὥρμηντο. πόλιν τε γὰρ σφίσιν ὑπάρχειν Σάμον, οὐκ ἀσθενῆ, ἀλλ' ἣ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης, ὅτε ἐπολέμησεν, ἀφελέσθαι, τούς τε πολεμίους ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου ἀμύνεσθαι οὗπερ καὶ πρότερον. καὶ δυνατώτεροι εἶναι σφεῖς, ἔχοντες τὰς ναῦς, πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια τῶν ἐν τῇ πόλει. καὶ δι' ἑαυτούς τε ἐν τῇ Σάμῳ προσκαθημένους, καὶ πρότερον αὐτοὺς κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔσπλου, καὶ νῦν ἐς τοσοῦτο καταστήσονται μὴ βουλόμενοι σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ καὶ δυνατώτεροι εἶναι εἴργειν ἐκείνους τῆς θαλάσσης ἢ ὑπ' ἐκείνων εἴργεσθαι. βραχύ τέ τι εἶναι καὶ οὐδενὸς ἄξιον ὃ πρὸς τὸ περιγίγνεσθαι τῶν πολεμίων ἡ πόλις σφίσι χρήσιμος ἦν. καὶ οὐδὲν ἀπολωλεκέναι, οἵ γε μήτε ἀργύριον ἔτι εἶχον πέμπειν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐπορίζοντο οἱ στρατιῶται, μήτε βούλευμα χρηστὸν, οὗπερ ἕνεκα πόλις στρατοπέδων

κρατεῖ. ἀλλὰ κ) ἐν τούτοις τοὺς μὲν ἡμαρτηκέναι, τοὺς πατρίους νόμους καταλύσαντας, αὐτοὺς δὲ σώζειν κ) ἐκείνους πειρᾶσθαι προσαναγκάζειν. ὥστε οὐδὲ τούτους οἵπερ ἂν βουλεύοιέν τι χρηστὸν παρὰ σφίσι, χείρους εἶναι. Ἀλκιβιάδην τε, ἢν αὐτῷ ἄδειάν τε κ) κάθοδον ποιήσωσιν, ἄσμενον τὴν παρὰ βασιλέως ξυμμαχίαν παρέξειν. τό, τε μέγιστον, ἢν ἁπάντων σφάλλωνται, εἶναι αὐτοῖς τοσοῦτον ἔχουσι ναυτικὸν πολλὰς τὰς ἀποχωρήσεις, ἐν αἷς καὶ πόλεις κ) γῆν εὑρήσουσι.

οζʹ. Τοιαῦτα ἐν ἀλλήλοις ἐκκλησιάσαντες, κ) παραθαρσύναντες σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ τοῦ πολέμου παρεσκευάζοντο οὐδὲν ἧσσον, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον, οἱ δέκα πρεσβευταὶ, ὡς ταῦτα ἐν τῇ Δήλῳ ἤδη ὄντες ᾐσθάνοντο, ἡσύχαζον.

οηʹ. Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον κ) οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ

tus obtinet. Quinetiam illos quidem hac in re peccaſſe *dicebant*, quod patrias leges violaſſent, ſe vero *eas* ſervare, et praeterea ſe operam daturos, ut illos etiam *has ſervare* cogerent. Quare ne hos quidem, qui apud ſe aliquod ſalubre conſilium darent, *quamvis eſſent plebeii*, deteriores eſſe *illis, qui erant ordinis ſenatorii.* Alcibiadem quoque, ſi impunitatem ac reſtitutionem ei decreviſſent, Regis ſocietatem *ſibi* lubenter conciliaturum. Quod autem maximum eſſet, ſi omnibus *rebus ante commemoratis* fruſtrarentur, non deeſſe illis tantam claſſem habentibus multa loca, in quibus et urbes et agrum invenirent.

77. Cum igitur his verbis in concione ſe mutuo alloquuti fuiſſent, et ſe ipſos ad fiduciam animo concipiendam adhortati fuiſſent, res etiam ad bellum neceſſarias nihilo ſegnius apparare coeperunt. Illi vero decem legati, qui a quadringentis Samum miſſi fuerant, poſtquam haec ſenſerunt, cum jam in Delo eſſent, quieverunt, *nec ulterius progreſſi ſunt.*

78. Per idem autem tempus et illi claſſiarii Peloponneſiorum milites, qui Mileti e-

tant, rumorem inter ſe ſpargebant, res *Peloponneſiacas* ab Aſtyocho et Tiſſapherne perdi. Quod ille quidem nec antea navale proelium committere voluiſſet, donec adhuc et ipſi vires majores haberent, *quam tunc*, et Athenienſium claſſis parva eſſet, neque nunc *pugnare vellet*, dum *Athenienſes* ſeditione laborare dicerentur, necdum *omnes* ipſorum naves in eodem *loco* eſſent; ſed *ipſi Peloponneſii* propemodum attererentur, dum Phoeniſſas naves a Tiſſapherne, verbis non re ipſa *mittendas*, fruſtra opperirentur. Tiſſaphernes vero, quod naves iſtas non adduceret, et *Peloponneſiorum* claſſem affligeret, quod ſtipendium nec aſſidue nec integrum perſolveret. Nequaquam igitur diutius cunctandum; ſed *quamprimum* navali proelio dimicandum eſſe dicebant. Syracuſani autem praecipue inſtigabant.

79. Socii vero et Aſtyochus, cum rumorem iſtum ſenſiſſent, habitoque concilio proelium navale committendum eſſe cenſuiſſent, quandoquidem et ſeditio, quae Sami erat, ipſis nunciabatur, *illinc* ſolventes cum

ſtarchus vero, et qui *populari* multitudini adverſarii erant, indignabantur. Illorum vero gravis armaturae militum plerique manum ad opus admovere coeperunt; nec eos *facti* poenitebat: Theramenem etiam interrogabant, numquid ei videretur haec munitio *publici* boni cauſa exſtrui, et an ſatius eſſet eam demoliri. Ille vero, ſi et ipſis *eam* demoliri placeret, ſibi quoque placere reſpondit. Hinc autem e veſtigio, cum illi gravis armaturae milites, tum etiam multi eorum, qui erant in Piraeeo, munitionem conſcenderunt, et demoliri coeperunt. Hac autem adhortatione ad vulgus utebantur, oportere *eum*, quicunque quinque millia *civium* quadringentorum loco *reipublicae* praeeſſe vellet, ad hoc opus accedere *et munitionem iſtam ſecum demoliri.* Nam *quamvis popularem ſtatum reſtituere vellent*, tamen *ſuum conſilium* adhuc tegebant nomine quinque millium, ita ut non aperte dicerent, quicunque vellet populum reipublicae praeeſſe: quia metuebant ne re vera eſſent *quinque millia civium, quibus ad reipublicae adminiſtrationem aditus per vices pateret*, neve quis *de ſuo numero* per inſcitiam aliquid apud aliquem *de quinque millium numero* dicens labe-

retur, *ac in capitis diſcrimen adduceretur*. Et idcirco illi quadringenti neque volebant illos quinquies mille *cives* eſſe, neque conſtare illos non eſſe. Nam exiſtimabant, tot quidem participes conſtituere, haud dubie ſtatum eſſe popularem; ſed ſi incertum eſſet, *neque conſtaret eſſe quinque millia civium, quibus ad reipublicae adminiſtrationem aditus pateret, hoc* mutuo terrorem eſſe incuſſurum.

93. Poſtridie autem illi quadringenti, etſi animis perturbati, in curiam tamen convenerunt. At illi gravis armaturae milites, qui in Piraeeo erant, cum Alexiclem dimiſiſſent, quem comprehenderant, ac munitionem demoliti fuiſſent, ad Dionyſiacum theatrum prope Munychiam ſitum conceſſerunt, et *illic* extra locum ordinarium armati concilium habuerunt, et ex communi ipſorum decreto confeſtim in urbem iverunt, et arma illic, in Anaceo depoſuerunt. Quidam autem a quadringentis electi ad ipſos venerunt, et ſinguli ſingulos alloqui coeperunt, et quos animadvertiſſent homines eſſe mites, *ipſis* ſuadebant, ut et ipſi quieſcerent, et alios *in officio* praeterea continerent. Dicentes fore, ut *quadringenti* quinque millia *ci-*

λους εἶναι. τὸ μὲν καταςῆσαι μετόχους τοσούτους, ἄντικρυς ἂν δῆμον ἡγούμενοι, τὸ δ' αὖ ἀφανὲς, φόβον ἐς ἀλλήλους παρέξειν.

ϟγ'. Τῇ δ' ὑςεραίᾳ, οἱ μὲν τετρακόσιοι ἐς τὸ βουλευτήριον ὅμως καὶ τεθορυβημένοι ξυνελέγοντο· οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται τόν τε Ἀλεξικλέα, ὃν ξυνέλαβον, ἀφέντες, καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησίασάν τε, καὶ δόξαν αὐτοῖς, εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄςυ, καὶ ἔθεντο αὐτοῦ ἐν τῷ Ἀνακείῳ τὰ ὅπλα. ἐλθόντες δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων τινὲς ᾑρημένοι, πρὸς αὐτοὺς ἀνὴρ ἀνδρὶ διελέγοντό τε, καὶ ἔπειθον οὓς ἴδοιεν ἀνθρώπους ἐπιεικεῖς, αὐτούς τε ἡσυχάζειν, καὶ τοὺς ἄλλους παρακατέχειν λέγοντες, τούς τε πεντακισχιλίους ἀποφανεῖν, καὶ ἐκ τούτων ἐν μέρει, ᾗ ἂν τοῖς πεντακισχιλίοις δοκῇ, τοὺς τετρακοσίους ἔσε-

σθαι· τέως δὲ τὴν πόλιν μηδενὶ τρόπῳ διαφθείρειν, μηδ' εἰς τοὺς πολεμίους ἀνῶσαι. τὸ δὲ πᾶν πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν, ἀπὸ πολλῶν καὶ πρὸς πολλοὺς λόγων γιγνομένων, ἠπιώτερον ἦν ἢ πρότερον, καὶ ἐφοβεῖτο μάλιστα περὶ τοῦ παντὸς πολιτικοῦ. ξυνεχώρησάν τε ὥστ' ἐς ἡμέραν ῥητὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τῷ Διονυσίῳ περὶ ὁμονοίας.

ϞΔ. Ἐπειδὴ δὲ ἐπῆλθεν ἡ ἐν Διονύσου ἐκκλησία καὶ ὅσον οὐ ξυνειλεγμένοι ἦσαν, ἀγγέλλονται αἱ δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες καὶ ὁ Ἡγησανδρίδας ἀπὸ τῶν Μεγάρων τὴν Σαλαμῖνα παραπλεῖν. καὶ πᾶς τις τῶν ὁπλιτῶν αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ Θηραμένους καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ὡς ἐς τὸ τείχισμα ἔπλεον αἱ νῆες, καὶ χρησίμως ἐδόκει καταπεπτωκέναι. ὁ δὲ Ἡγησανδρίδας τάχα μέν τι ἀπὸ ξυγκειμένου λόγου περί τε τὴν Ἐπίδαυρον καὶ ταύτῃ ἀνεστρέφετο, εἰκὸς δ' αὐτὸν καὶ

vium deſignarent, et ex horum *quinque millium* numero quadringenti per vices conſtituerentur, prout ipſis quinque millibus placeret. Interea vero nullo modo civitatem perderent, neve eam funditus everſam hoſtibus traderent. His autem verbis, quae a multis dicebantur, et ad multos fiebant, univerſa armatorum multitudo placatior, quam ante fuerat, reddita eſt, ac de univerſo reipublicae ſtatu maxime timebat. Et inter eos convenit, ut ad dictam *certamque* diem in Bacchi templo concilium de concordia haberetur.

94. Cum autem concilii in Bacchi templo habendi dies adveniſſet, et tantum non concio *jam* coacta eſſet, nuntiatur illas duas et quadraginta naves cum Hegeſandrida Megaris venientes Salaminem curſum tenere. Quamobrem quilibet ex illis gravis armaturae militibus hoc ipſum eſſe ducebat, quod jampridem a Theramene, et ab iis, qui cum eo erant, dicebatur, illam claſſem adverſus illam munitionem venire, et *ideo haec* utiliter diruta fuiſſe videbatur. Hegeſandridas autem forſitan quidem ex compoſito et circum Epidaurum et circum

illa loca verſabatur; ſed tamen credibile videtur eſſe ipſum etiam propter praeſentem Athenienſium ſeditionem, et *adductum* ſui opportuni adventus ſpe, illic ſubſtitiſſe. Athenienſes vero, poſtquam *hoc* ipſis nuntiatum eſt, confeſtim univerſi citato curſu in Piraeeum contenderunt, quod bellum domeſticum non eſſet majus, quam quod ab hoſtibus inferebatur, quod non procul, at ad ipſum portum eſſet. Quamobrem alii quidem naves, quae aderant, conſcendebant, alii vero alias deducebant, nonnulli etiam ad muros et portus oſtium ad vim hoſtilem arcendam accurrebant.

95. At Peloponneſiorum claſſis adventans, et Sunium circumvecta, portum inter Thoricum et Praſias ſubiit. Poſtea vero Oropum appulit. Athenienſes autem raptim, et iis, qui ad manus erant, nautis uti coacti, quippe quod civitas ſeditione laboraret, et *cives* in maximo *discrimine poſiti, rebus ſuis* opem celeriter ferre vellent, (nam quod Attica interclufa eſſet, ipſorum omnis ſpes in Euboea erat poſita) Thymocharin ducem cum claſſe in Eretriam mittunt. Quae cum *illuc* perveniſſet, cum illis *navi*-

πρὸς τὸν παρόντα στασιασμὸν τῶν Ἀθηναίων, δι᾽ ἐλπίδος ὡς κᾂν ἐς δέον παραγένοιτο, ταύτῃ ἀνέχειν. οἱ δ᾽ αὖ Ἀθηναῖοι, ὡς ἠγγέλθη αὐτοῖς, εὐθὺς δρόμῳ ἐς τὸν Πειραιᾶ πανδημεὶ ἐχώρουν, ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου, μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων, οὐχ ἑκὰς ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος. καὶ οἱ μὲν ἐς τὰς παρούσας ναῦς ἐσέβαινον, οἱ δὲ ἄλλας καθεῖλκον, οἱ δέ τινες ἐπὶ τὰ τείχη καὶ τὸ στόμα τοῦ λιμένος παρεβοήθουν.

ϟε΄. Αἱ δὲ τῶν Πελοποννησίων νῆες, παραπλεύσασαι καὶ περιβαλοῦσαι Σούνιον, ὁρμίζονται μεταξὺ Θορίκου τε καὶ Πρασίων· ὕστερον δὲ ἀφικνοῦνται ἐς Ὠρωπόν. Ἀθηναῖοι δὲ κατὰ τάχος καὶ ἀξυγκροτήτοις πληρώμασιν ἀναγκασθέντες χρήσασθαι, οἷα πόλεως τε στασιαζούσης, καὶ περὶ τοῦ μεγίστου βουλόμενοι ἐν τάχει βοηθῆσαι (Εὔβοια γὰρ αὐτοῖς, ἀποκεκλεισμένης τῆς Ἀττικῆς, πάντα ἦν) πέμπουσι Θυμόχαριν στρατηγὸν καὶ ναῦς ἐς Ἐρετρίαν. ὧν ἀφικομένων, ξὺν ταῖς

πρότερον ἐν Εὐβοίᾳ ὄσαις, ἓξ καὶ τριάκοντα ἐγένοντο. καὶ εὐθὺς ναυμαχεῖν ἠναγκάζοντο. ὁ γὰρ Ἡγησανδρίδας ἀριστοποιησάμενος ἐκ τοῦ Ὠρωποῦ ἀνήγαγε τὰς ναῦς· διέχει δὲ μάλιστα ὁ Ὠρωπὸς τῆς τῶν Ερετριέων πόλεως, θαλάσσης μέτρον ἑξήκοντα σταδίους. ὡς οὖν ἐπέπλει, εὐθὺς ἐπλήρουν καὶ οἱ Αθηναῖοι τὰς ναῦς, οἰόμενοι σφίσι παρὰ ταῖς ναυσὶ τοὺς στρατιώτας εἶναι· οἱ δὲ ἔτυχον οὐκ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄριστον ἐπισιτιζόμενοι (οὐδὲν γὰρ ἐπωλεῖτο ἀπὸ προνοίας τῶν Ερετριέων) ἀλλὰ ἐκ τῶν ἐπ' ἔσχατα τοῦ ἄστεος οἰκιῶν, ὅπως σχολῇ πληρουμένων φθάσειαν οἱ πολέμιοι προσπεσόντες, καὶ ἐξαναγκάσειαν τοὺς Αθηναίους οὕτως ὅπως τύχοιεν ἀνάγεσθαι. σημεῖον δὲ αὐτοῖς, ἐς τὸν Ὠρωπὸν ἐκ τῆς Ερετρίας, ὁπότε χρὴ ἀνάγεσθαι, ἤρθη. διὰ τοιαύτην δὴ παρασκευὴν οἱ Αθηναῖοι ἀναγόμενοι, καὶ ναυμαχήσαντες ὑπὲρ τοῦ λιμένος τῶν Ερετριέων, ὀλίγον μέν τινα χρόνον

bus, quae prius in Euboea erant, ſex et triginta *navium numerum* effecit. Et protinus proelio navali dimicare coacta fuit. Nam Hegeſandridas jam pranſus, ab Oropo claſſem in altum duxerat. Abeſt autem Oropus ab Eretrienſium urbe, ſtadiis fere ſexaginta, maris tractu. Dum igitur ille cum infeſta claſſe *jam* veniret, Athenienſes quoque *ſuas* naves inſtruere coeperunt, exiſtimantes ſuos milites apud naves eſſe. Sed illi cibaria in prandium mercabantur, non ex foro, ſed ex *privatis* aedibus in extrema urbis parte ſitis. Nihil enim *in foro* vendebatur, quod ab Eretrienſibus conſulto factum fuerat, ut, dum cunctanter *naves militibus* implerentur, hoſtes prius, impreſſionem *in eos* facerent, et Athenienſes ſic, utcunque inſtructi fuiſſent, in altum prodire cogerent. Quinetiam ex Eretria ſignum Oropum verſus ipſis *Lacedaemoniis* ſublatum *datumque* fuit, *ut ſignificaretur*, quando in altum provehi deberent. Athenienſes igitur propter hujusmodi fraudem praeparatam, in altum provecti, navalique proelio ſupra portum Eretrienſem commiſſo, *quamvis ad hoc imparati veniſſent*, tamen ali-

quantiſper etiam *hoſti* reſtiterunt. Deinde in fugam verſos *hoſtis* ad littus usque eſt inſequutus. Et quotquot ipſorum ad Eretrienſium urbem, ut amicam, confugerunt, aſperrime tractati fuerunt, quia ab ipſis *Eretrienſibus* interfecti fuerunt. Alii vero in munitionem, quam ipſi in Eretria tenebant, incolumes evaſerunt, itemque naves, quotquot in Chalcidem pervenerunt. Peloponneſii vero, duabus et viginti Athenienſium navibus captis, virisque partim interfectis, partim captis, tropaeum ſtatuerunt. Nec multo poſt, cum totam Euboeam ad defectionem compuliſſent, praeter Oreum (hoc enim Athenienſes ipſi tenebant) caeteras quoque res ad ejus ſtatum pertinentes componere coeperunt.

96. Cum autem rerum ad Euboeam geſtarum nuntius Athenienſibus allatus fuiſſet, pavor omnium ad illum usque diem maximus *eos* invaſit. Nam nec illa clades, quam in Sicilia acceperant, quamvis tunc ingens viſa fuiſſet, nec ulla alia calamitas *eos* unquam adeo terruit. Cum enim eo tempore, quo et exercitus, qui Sami erat,

ὅμως κ) ἀντέχον· ἔπειτα ἐς φυγὴν τραπόμενοι, καταδιώκονται ἐς τὴν γῆν· καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν πρὸς τὴν πόλιν τῶν Ερετριέων ὡς φιλίαν καταφεύγουσι, χαλεπώτατα ἔπραξαν, φονευόμενοι ὑπ' αὐτῶν· οἱ δὲ ἐς τὸ ἐπιτείχισμα τὸ ἐν τῇ Ερετρίᾳ, ὃ εἶχον αὐτοὶ, περιγίγνονται, καὶ ὅσαι ἐς Χαλκίδα ἀφικνοῦνται τῶν νεῶν. λαβόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι δύο καὶ εἴκοσι ναῦς τῶν Αθηναίων, κ) ἄνδρας, τοὺς μὲν ἀποκτείναντες, τοὺς δὲ ζωγρήσαντες, τροπαῖον ἔστησαν, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον Εὔβοιάν τε ἅπασαν ἀποστήσαντες, πλὴν Ορεοῦ (ταύτην δὲ αὐτοὶ Αθηναῖοι εἶχον) κ) τἄλλα περὶ αὐτὴν καθίσταντο.

ϟϛ'. Τοῖς δὲ Αθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα, ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν πρὶν παρέστη. οὔτε γὰρ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμφορὰ, καίπερ μεγάλη τότε δόξασα εἶναι, οὔτε ἄλλο οὐδέν πω οὕτως ἐφόβησεν. ὅπου γὰρ στρατοπέδου τε τοῦ ἐν

Σάμῳ ἀφεστηκότος, ἄλλων τε νεῶν οὐκ οὐσῶν, οὐδὲ τῶν ἐσβησομένων, αὐτῶν τε στασιαζόντων, καὶ ἄδηλον ὂν ὁπότε σφίσιν αὐτοῖς ξυῤῥάξουσι, τοσαύτη ἡ ξυμφορὰ ἐπεγεγένητο, ἐν ᾗ ναῦς τε, καὶ, τὸ μέγιστον, Εὔβοιαν ἀπολωλέκεσαν, ἐξ ἧς πλείω ἢ τῆς Ἀττικῆς ὠφελοῦντο· πῶς οὐκ εἰκότως ἠθύμουν; μάλιστα δ' αὐτοὺς καὶ δι' ἐγγυτάτου ἐθορύβει, εἰ οἱ πολέμιοι τολμήσουσι νενικηκότες, εὐθὺς σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ ἔρημον ὄντα νεῶν πλεῖν· καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ἐνόμιζον αὐτοὺς παρεῖναι· ὅπερ ἂν, εἰ τολμηρότεροι ἦσαν, ῥᾳδίως ἂν ἐποίησαν· καὶ διέστησαν ἂν ἔτι μᾶλλον τὴν πόλιν εἰ ἐπολιόρκουν μένοντες, καὶ τὰς ἀπ' Ἰωνίας ναῦς ἠνάγκασαν ἂν, καίπερ πολεμίας οὔσας τῇ ὀλιγαρχίᾳ, τοῖς σφετέροις οἰκείοις καὶ τῇ ξυμπάσῃ πόλει βοηθῆσαι. καὶ ἐν τούτῳ Ἑλλήσποντός τε ἂν ἦν αὐτοῖς, καὶ Ἰωνία, καὶ αἱ νῆσοι, καὶ τὰ μέχρι Εὐβοίας, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἡ Ἀθηναίων ἀρχὴ πᾶσα. ἀλλ'

defecerat, nec aliae naves, nec qui eas conſcenderent, ſupererant, ipſique *praeterea* ſeditione laborabant, et incertum erat quando inter ſe concurſuri eſſent, iſta calamitas, quae tanta erat, propter quam et claſſem, et (quod maximum *erat malum*) Euboeam (ex qua plus utilitatis quam ex Attica percipiebant) amiſerant, *illis* superveniſſet, nonne merito animis erant conſternati? Sed hoc potiſſimum eos turbabat, idque propter maximam locorum propinquitatem, ſi hoſtes auſuri eſſent, victoria potiti, confeſtim in ipſorum Piraeeum navibus vacuum tendere. Et tantum non ipſos jam adeſſe ſuſpicabantur. Id, quod *illi*, ſi audaciores fuiſſent, facile feciſſent; et longe majus diſſidium in urbe excitaſſent, ſi *eam illic* manentes obſediſſent, et claſſem ab Ionia licet dominatui paucorum infeſtam, *tamen* illis ſecum cognatione conjunctis et univerſae civitati ſuccurrere coëgiſſent. Interea vero et Helleſpontus, et Ionia, et inſulae, et *omnia* loca ad Euboeam usque pertinentia, et (ut ita loquar) omne Athenienſium imperium in ipſorum poteſtatem veniſſet. Verum non in ea re tantum Lacedaemonii Athenienſi-

bus omnium *adverſariorum* maxime commodi in bello *cum ipſis* gerendo fuerunt; ſed et in aliis multis. Cum enim moribus maxime differrent (nam illi quidem, celeres; hi vero, tardi: et illi quidem, ad res aggrediendas promti; hi vero, timidi, praecipue vero adverſus eos, qui claſſe multum poterant) plurimum *Athenienſibus* proderant. Syracuſani autem *hoc* demonſtrarunt. Nam cum moribus maxime ſimiles *illis* eſſent, optime etiam adverſus *illos* bellum adminiſtrarunt.

97. Athenienſes igitur propter hunc nuntium, *quamvis eſſent animis conſternati*, viginti tamen naves inſtruxerunt, et concionem coëgerunt, unam quidem ſtatim, tunc primum, in eum locum, quem Pnyca vocant, ubi etiam alias *comitia habere* conſueverant. In qua *concione* quadringentis viris amotis, rerum adminiſtrationem quinque millibus tradere decreverunt. Ex hoc autem numero *illos omnes* eſſe *voluerunt*, quotquot arma geſtarent. Nec ullam mercedem ullius magiſtratus gratia *ab ullo* accipiendam eſſe *cenſuerunt*. Niſi vero *qui magiſtratus geſſiſſent, ita feciſſent, eum, qui mercedem accepiſſet*, exſecrabilem eſſe juſſerunt. Poſtea vero et aliae crebrae conciones habitae ſunt, in qui-

ὐκ ἐν τύτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις πάντων δὴ ξυμφορώταλοι προσπολεμῆσαι ἐγένοντο, ἀλλὰ ϗ ἐν ἄλλοις πολλοῖς. διάφοροι γὰρ πλεῖςον ὄντες τὸν τρόπον, οἱ μὲν, ὀξεῖς, οἱ δὲ, βραδεῖς· καὶ οἱ μὲν, ἐπιχειρηταὶ, οἱ δὲ, ἄτολμοι, ἄλλως τε καὶ ναυτικῇ ἀρχῇ πλεῖςα ὠφέλυν. ἔδειξαν δὲ οἱ Συρακύσιοι. μάλιςα γὰρ ὁμοιότροποι γενόμενοι, ἄριςα ϗ προσεπολέμησαν.

4ζ΄. Ἐπὶ δ᾽ ὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρυν, καὶ ἐκκλησίαν συνέλεγον, μίαν μὲν εὐθὺς τότε πρῶτον ἐς τὴν Πνύκα καλυμένην, ὗπερ καὶ ἄλλο τε εἰώθεσαν· ἐν ᾗπερ καὶ τοὺς τετρακοσίυς καταπαύσαντες, τοῖς πεντακιχιλίοις ἐψηφίσαλο τὰ πράγμαλα παραδῦναι· εἶναι δὲ αὐτῶν, ὁπόσοι ὅπλα παρέχονται. καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾷ ἀρχῇ· εἰ δὲ μὴ, ἐπάρατον ἐποιήσαντο. ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλαι ὕςερον πυκναὶ ἐκκλησίαι, ἀφ᾽ ὧν καὶ νομοθέτας

καὶ τἄλλα ἐψηφίσαντο ἐς τὴν πολιτείαν. καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γε ἐμοῦ Αθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες. μετρία γὰρ ἥ τε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο. καὶ ἐκ πονηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν. ἐψηφίσαντο δὲ καὶ Αλκιβιάδην καὶ ἄλλους μετ' αὐτοῦ κατιέναι. καὶ παρά τε ἐκεῖνον καὶ παρὰ τὸ ἐν Σάμῳ στρατόπεδον πέμψαντες, διεκελεύοντο ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων.

ϟη′. Εν δὲ τῇ μεταβολῇ ταύτῃ εὐθὺς οἱ μὲν περὶ τὸν Πείσανδρον καὶ Αλεξικλέα, καὶ ὅσοι ἦσαν τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα, ὑπεξέρχονται ἐς τὴν Δεκέλειαν. Αρίσταρχος δὲ αὐτῶν μόνος (ἔτυχε γὰρ καὶ στρατηγῶν) λαβὼν κατὰ τάχος τοξότας τινὰς τοὺς βαρβαρωτάτους, ἐχώρει πρὸς τὴν Οἰνόην. ἦν δὲ Αθηναίων ἐν μεθορίοις τῆς Βοιωτίας τεῖχος. ἐπολιόρκουν δ' αὐτὸ διὰ ξυμ-

bus et legumlatores, et caetera ad reipublicae adminiſtrationem pertinentia conſtituerunt. Atque initio quidem (meo ſaltem judicio) Athenienſes rempublicam non parum commode videntur adminiſtraſſe. Nam utriusque factionis, paucorum et multitudinis, in unam redactae, moderatum exſtitit temperamentum. Hoc autem primum civitatem ob res adverſas afflictam erexit. Decreverunt etiam Alcibiadem, caeterosque, qui cum eo erant, *in patriam* revocandos. Quare cum ad illum, tum ad exercitum, qui Sami erat, miſſo *nuntio*, res capeſſere, juſſerunt.

98. In hac autem *rerum* mutatione ſtatim Piſander, et Alexicles cum ſuis, et qui praecipui erant e paucorum dominatu, in Deceleam ſe ſubduxerunt. Solus autem ex illis Ariſtarchus (adhuc enim dux erat) repente ſumtis aliquot ſagittariis, qui erant maxime barbari, ad Oenoen contendit. Erat autem Athenienſium munitio in Boeotiae confiniis *ſita*. Corinthii autem, volun-

tarii quique Boeotis acciti, eam obſidebant, propter ſuorum ex Decelea ſe recipientium cladem, eademque *factum ab Atheniensibus egreſſis ex Oenoe*. Ariſtarchus igitur colloquio cum ipſis habito, eos decepit, qui apud Oenoen erant, dicens eos quoque, qui in urbe erant, de caeteris *rebus* cum Lacedaemoniis tranſegiſſe, et oportere ipſos quoque locum illum Boeotis tradere. His enim conditionibus compoſitionem *factam dicebat*. Illi vero, cum *ipſi* ut duci fidem habuiſſent, et prorſus ignari eſſent, quod obſiderentur, fide publica interpoſita *illinc* exierunt. Hoc igitur modo captam Oenoen Boeoti receperunt; et Athenis paucorum dominatus *ſublatus eſt*, et ſeditio ceſſavit.

99. Per eadem hujus aeſtatis tempora, Peloponneſii quoque, qui Mileti erant, cum a nullo illorum, quibus a Tiſſapherne tunc, quum Aſpendum petiit, negotium datum fuerat, ſtipendium *ipſis* daretur, cum etiam neque Phoeniſſae naves, neque Tiſſaphernes ullo modo veniret, et Philippus, qui cum

φορὰν σφίσιν ἐκ τῆς Οἰνόης γιγνομένην ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων διαφθορᾶς οἱ Κορίνθιοι, ἐθελοντηδὸν προσκαλέσαντες τοὺς Βοιωτούς. κοινολογησάμενος οὖν αὐτοῖς ὁ Ἀρίσταρχος, ἀπατᾷ τοὺς ἐν τῇ Οἰνόῃ, λέγων ὡς καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει τἆλλα ξυμβεβήκασι Λακεδαιμονίοις, κἀκείνους δεῖ Βοιωτοῖς τὸ χωρίον παραδοῦναι· ἐπὶ τούτοις γὰρ ξυμβεβάσθαι. οἱ δὲ, πιστεύσαντες ὡς ἀνδρὶ στρατηγῷ, καὶ οὐκ εἰδότες οὐδὲν, διὰ τὸ πολιορκεῖσθαι, ὑπόσπονδοι ἐξέρχονται. τούτῳ μὲν τῷ τρόπῳ, Οἰνόην τε ληφθεῖσαν Βοιωτοὶ κατέλαβον, καὶ ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις ὀλιγαρχία καὶ στάσις ἐπαύσατο.

4θ'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ Πελοποννήσιοι, ὡς τροφήν τε οὐδεὶς ἐδίδου τῶν ὑπὸ Τισσαφέρνους τότε ὅτε ἐπὶ τὴν Ἄσπενδον παρῄει προσταχθέντων, καὶ αἱ Φοίνισσαι νῆες οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης που ἧκων, ὅ,τε Φίλιππος ὁ ξυμπεμφθεὶς αὐτῷ, ἐπεστάλκει

Μινδάρῳ τῷ ναυάρχῳ, ϰ̀ ἄλλος Ἱπποκράτης ἀνὴρ Σπαρτιάτης, ϰ̀ ὢν ἐν Φασήλιδι, ὅτι ὔτε αἱ νῆες παρέσοιντο, πάντα τε ἀδικοῖντο ὑπὸ Τισσαφέρνους, Φαρνάβαζός τε ἐπεκαλεῖτο αὐτοὺς, καὶ ἦν πρόθυμος, κομίσας τὰς ναῦς, καὶ αὐτὸς τὰς λοιπὰς ἔτι πόλεις τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς ἀποστῆσαι τῶν Αθηναίων, ὥσπερ ϰ̀ ὁ Τισσαφέρνης, ἐλπίζων πλέον τι σχήσειν ἀπ᾽ αὐτοῦ. οὕτω δὴ ὁ Μίνδαρος πολλῷ κόσμῳ, καὶ ἀπὸ παραγγέλματος αἰφνιδίου, ὅπως λάθοι τοὺς ἐν Σάμῳ, ἄρας ἀπὸ τῆς Μιλήτου ναυσὶ τρισὶ ϰ̀ ἑβδομήκοντα, ἔπλει ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. πρότερον δὲ ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τῷδε ἑκκαίδεκα ἐς αὐτὸν νῆες ἐπέπλευσαν, ϰ̀ τῆς Χερρονήσου τὶ μέρος κατέδραμον. χειμασθεὶς δὲ ἀνέμῳ καὶ ἀναγκασθεὶς καταίρει ἐς τὴν Ικαρον, καὶ μείνας ἐν αὐτῇ ὑπὸ ἀπλοίας πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας, ἀφικνεῖται ἐς τὴν Χίον.

ϱ′. Ὁ δὲ Θράσυλλος ἐκ τῆς Σάμου,

ipſo miſſus fuerat, Mindaro navarcho ſcripſiſſet, et alius Hippocrates, vir Spartanus, et qui apud Phaſelidem erat, *idem ei ſcripſiſſet*, neque claſſem illam venturam eſſe, et res omnes *Peloponneſiacas* a Tiſſapherne injuſte labefactari, ipſosque a Pharnabazo acciri, eumque paratum eſſe naves *ad eos* adducere, et caeteras ſuae provinciae civitates ad defectionem ab Athenienſibus faciendam compellere, quemadmodum et Tiſſaphernes *feciſſet*, quod ex hac re commodum aliquod ſe percepturum ſperaret: ſic igitur Mindarus militari diſciplina accurate ſervata; et profectione ſubito indicta, ut lateret hoſtes, qui Sami erant, cum tribus et ſeptuaginta navibus Mileto ſolvens, in Helleſpontum navigavit. Illuc autem prius per hanc eandem aeſtatem *aliae* ſexdecim naves *illi regioni* bellum illaturae iverant, et quandam Cherroneſi partem incurſionibus infeſtaverant. Sed tempeſtate jactatus, ad Icarum appellere coactus eſt. Cum autem propter navigandi difficultatem illic quinque ſexve dies moratus fuiſſet, Chium pervenit.

100. Thraſyllus vero, cum ipſum Mi-

leto diſceſſiſſe intellexiſſet, ipſe quoque cum quinque et quinquaginta navibus Samo diſceſſit, properans ne ille ocius in Helleſpontum ingrederetur. Sed cum audiſſet *Mindarum* apud Chium eſſe, cum etiam exiſtimaſſet ipſum illic ſubſeſſurum, ſpeculatores quidem et in Leſbo et in oppoſita continente collocavit, ne naves illae, ſi forte aliquo proficiſcerentur, *ipſum* laterent. Ipſe vero cum claſſe Methymnam profectus, farinam et caetera neceſſaria apparari juſſit, ut, ſi major mora fieret, ex Leſbo Chium infeſta claſſe petiturus. Simul etiam (Ereſſus enim a Leſbo defecerat) volebat adverſus eam profectus, ſi poſſet, expugnare. Nam Methymnaeorum exſules, qui non minimae autoritatis erant, cum ad quinquaginta gravis armaturae milites, qui amicitiae cauſa eos ſequuti fuerant, Cuma transportaſſent, et e continente alios mercede conduxiſſent, cunctis ad trecentos, Anaxarcho Thebano propter cognationem duce delecto, Methymnam primum adorti

ἐπειδὴ ἐπύθετο αὐτὸν ἐκ τῆς Μιλήτου
ἀπηρκότα, ἔπλει καὶ αὐτὸς ναυσὶ πέντε
καὶ πεντήκοντα, ἐπειγόμενος μὴ φθάσῃ ἐς
τὸν Ἑλλήσποντον ἐσπλεύσας. αἰσθόμε-
νος δὲ ὅτι ἐν τῇ Χίῳ εἴη, καὶ νομίσας αὐ-
τὸν καθέξειν αὐτοῦ, σκοποὺς μὲν κατεστή-
σατο καὶ ἐν τῇ Λέσβῳ καὶ ἐν τῇ ἀντιπέρας
ἠπείρῳ, εἰ ἄρα ποι κινοῖντο αἱ νῆες, ὅπως
μὴ λάθοιεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Μήθυμναν
παραπλεύσας, ἄλφιτά τε καὶ τὰ ἄλλα
ἐπιτήδεια παρασκευάζειν ἐκέλευσεν, ὡς,
ἢν πλείων χρόνος γίγνηται, ἐκ τῆς Λέσβου
τοὺς ἐπίπλους τῇ Χίῳ ποιησόμενος. ἅμα
δὲ, Ἐρεσὸς γὰρ τῆς Λέσβου ἀφειστήκει, ἐβού-
λετο ἐπ' αὐτὴν πλεύσας, εἰ δύναιτο, ἐξε-
λεῖν. Μηθυμναίων γὰρ οὐχ οἱ ἀδυνατώ-
τατοι φυγάδες, διακομίσαντες ἐκ τῆς Κύ-
μης προσεταιριστοὺς ὁπλίτας ὡς πεντήκοντα,
καὶ τῶν ἐκ τῆς ἠπείρου μισθωσάμενοι, ξύμ-
πασιν ὡς τριακοσίοις, Ἀναξάρχου Θηβαίου
κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἡγουμένου, προσέβαλον

πρώτη Μηθύμνη· καὶ ἀποκρουσθέντες τῆς πείρας διὰ τοὺς ἐκ τῆς Μιτυλήνης Ἀθηναίων φρουροὺς προελθόντας, αὖθις ἔξω μάχῃ ἀπωσθέντες, καὶ διὰ τοῦ ὄρους κομισθέντες, ἀφιστᾶσι τὴν Ἐρεσόν. πλεύσας οὖν ὁ Θράσυλλος ἐπ' αὐτὴν ναυσὶ διενοεῖτο προσβολὴν ποιεῖσθαι. προαφιγμένος δὲ αὐτόσε ἦν καὶ Θρασύβουλος πέντε ναυσὶν ἐκ τῆς Σάμου, ὅτε ἠγγέλθη αὐτοῖς ἡ τῶν φυγάδων αὕτη διάβασις. ὑστερήσας δὲ, ἐπὶ τὴν Ἐρεσὸν ἐλθὼν, ἐφώρμει. προσεγένοντο δὲ καὶ ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου τινὲς δύο νῆες ἐπ' οἴκου ἀνακομιζόμεναι, καὶ Μηθυμναῖαι· καὶ αἱ πᾶσαι νῆες παρῆσαν ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα, ἀφ' ὧν τῷ στρατεύματι παρεσκευάζοντο, ὡς κατὰ κράτος μηχαναῖς τε καὶ παντὶ τρόπῳ, ἢν δύνωνται, αἱρήσοντες τὴν Ἐρεσόν.

ρα'. Ὁ δὲ Μίνδαρος ἐν τούτῳ, καὶ αἱ ἐκ τῆς Χίου τῶν Πελοποννησίων νῆες, ἐπισιτισάμεναι δυσὶν ἡμέραις, καὶ λαβόντες παρὰ

fuerant: ſed de eo conatu dejecti propter Athenienſium praeſidium *adverſus eos* Mitylene progreſſum, rurſus proelio extra *urbem ab eodem praeſidio* repulſi, et per montem itinere facto, Ereſſum ad defectionem compulerunt. Thraſyllus igitur adverſus eam cum tota claſſe profectus, *eam* aggredi ſtatuebant. Sed et Thraſybulus cum quinque navibus e Samo ante *ipſius adventum* illuc profectus fuerat, cum de hoc exſulum trajectu nuntius ipſis allatus fuiſſet. Sed cum ſerius *eo* veniſſet, *nec ipſos exſules aſſequutus fuiſſet*, adverſus Ereſſum profectus, ſtationem contra *eam* habebat. Acceſſere praeterea duae quaedam naves ex Helleſponto domum redeuntes, et Methymnaeae. Naves autem univerſae, quae *tunc illic* aderant, erant numero ſeptem et ſexaginta, ex quibus milites ſumſerunt, et ſe praeparare coeperunt, ut Ereſſum et machinis et quavis ratione, ſi poſſent, expugnarent.

101. Interea vero Mindarus, et Peloponneſiorum naves ex Chio profectae, cum duorum dierum cibaria ſumſiſſent, et ſinguli

milites a Chiis accepiſſent tres teſſaracoſtas Chias, tertio die ex Chio ſolventes in altum vela fecerunt, ne inciderent in naves, quae ad Ereſſum ſtabant, ſed a ſiniſtra Lesbum habentes, in continentem navigarunt. Cum autem ad *agri* Phocaici portum in Cratereis *ſitum* appuliſſent, et prandium *ibi* ſumſiſſent, *oram* Cumanam praetervecti coenaverunt in Arginuſis, quae ſunt in continente e regione Mitylenes. Hinc autem, cum adhuc nox eſſet intempeſta, praetervecti, et ad Harmatuntem in continente e regione Methymnae *ſitam* profecti, ſumto prandio, celeriter praetervecti Lectum et Lariſſam et Hamaxitum, et *alia* illius regionis oppida, ad Rhoetium, etiam quod eſt Helleſponti, ante mediam noctem pervenerunt. Harum autem navium nonnullae et ad Sigeum, et ad alia illius regionis loca appulerunt.

102. Athenienſes vero, qui apud Seſtum erant cum duodeviginti navibus, poſtquam et ipſi ſpeculatores ignibus ſublatis *hoſtilis*

τῶν Χίων τρεῖς τεσσαρακοστὰς ἕκαστος Χίας, τῇ τρίτῃ διὰ ταχέων ἀπαίρουσιν ἐκ τῆς Χίου πελάγιαι, ἵνα μὴ περιτύχωσι ταῖς ἐν τῇ Ἐρεσῷ ναυσὶν, ἀλλὰ ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λέσβον ἔχοντες, ἔπλεον ἐπὶ τὴν ἤπειρον. καὶ προσβαλόντες τῆς Φωκαΐδος ἐς τὸν ἐν Κρατερείοις λιμένα, καὶ ἀριστοποιησάμενοι, παραπλεύσαντες τὴν Κυμαίαν δειπνοποιοῦνται ἐν Ἀργινούσαις τῆς ἠπείρου, ἐν τῷ ἀντιπέρας τῆς Μιτυλήνης. ἐντεῦθεν δὲ ἔτι πολλῆς νυκτὸς παραπλεύσαντες, καὶ ἀφικόμενοι τῆς ἠπείρου ἐς Ἁρματοῦντα καταντικρὺ Μηθύμνης, ἀριστοποιησάμενοι, διὰ ταχέων παραπλεύσαντες Λέκτον καὶ Λάρισσαν καὶ Ἁμαξιτὸν, καὶ τὰ ταύτῃ χωρία, ἀφικνοῦνται ἐς Ῥοίτιον ἤδη τοῦ Ἑλλησπόντου, πρωΐτερον μέσων νυκτῶν. εἰσὶ δ' αἳ τῶν νεῶν καὶ ἐς Σίγειον κατῆραν, καὶ ἄλλοσε τῶν ταύτῃ χωρίων.

ρϐʹ. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ Σηστῷ δυοῖν δεούσαις εἴκοσι ναυσὶν ὄντες, ὡς αὐτοῖς οἵ

τε φρυκτωροὶ ἐσήμαινον, καὶ ᾐσθάνοντο τὰ πυρὰ ἐξαίφνης πολλὰ ἐν τῇ πολεμίᾳ φανέντα, ἔγνωσαν ὅτι ἐσπλέουσιν οἱ Πελοποννήσιοι. καὶ τῆς αὐτῆς ταύτης νυκτὸς ὡς εἶχον τάχους ὑπομίξαντες τῇ Χερρονήσῳ, παρέπλεον ἐπ' Ἐλαιοῦντος, βουλόμενοι ἐκπλεῦσαι ἐς τὴν εὐρυχωρίαν τὰς τῶν πολεμίων ναῦς. καὶ τὰς μὲν ἐν Ἀβύδῳ ἑκκαίδεκα ναῦς ἔλαθον, προειρημένης φυλακῆς τῷ φιλίῳ ἐπίπλῳ, ὅπως αὐτῶν ἀνακῶς ἕξουσιν, ἢν ἐκπλέωσι· τὰς δὲ μετὰ τοῦ Μινδάρου ἅμα τῇ ἕῳ κατιδόντες, τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι, οὐ φθάνουσι πᾶσαι, ἀλλ' αἱ μὲν πλείους ἐπὶ τῆς ἠπείρου καὶ Λήμνου διέφυγον, τέσσαρες δὲ τῶν νεῶν αἱ ὕσταται πλέουσαι, καταλαμβάνονται παρὰ τὸν Ἐλαιοῦντα. καὶ μίαν μὲν, ἐποκείλασαν κατὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσιλάου, αὐταῖς ἀνδράσι λαμβάνουσι, δύο δὲ ἑτέρας, ἄνευ τῶν ἀνδρῶν· τὴν δὲ μίαν πρὸς τῇ Ἴμβρῳ κενὴν κατακαίουσι.

claſſis adventum ipſis ſignificaverunt, et *ipſi* multos ignes in hoſtili *agro* repente collucentes conſpexerunt, Peloponneſios *in Helleſpontum* ingredi cognoverunt. Quamobrem hac ipſa nocte, celeritate quanta maxima potuerunt, maritimam Cherſoneſi oram legentes, ad Elaeuntem praetervecti contenderunt, quod hoſtium claſſem in apertum mare navigantes vitare vellent. Et illas quidem ſexdecim *Peloponneſiorum* naves, quae ad Abydum erant, latuerunt, quamvis ab amica *ſuorum* claſſe praemonitae fuiſſent, ut ipſos *Athenienſes* diligenter obſervarent, ſi *ex ſua ſtatione* exirent. Cum autem *Athenienſes* primo ſtatim diluculo illas *naves, quae* cum Mindaro *erant*, conſpexiſſent, et e veſtigio *Peloponneſii naves hoſtiles* inſequi coepiſſent, non omnes *quidem hoſtium naves* ocius evaſerunt, ſed pleraeque in continentem et in Lemnum diffugerunt; at quatuor naves, quae poſtremae navigabant, prope Elaeuntem interceptae fuerunt. Atque *Peloponneſii* unam quidem *hoſtium navem*, ad Proteſilai delubrum impactam, cum ipſis hominibus ceperunt, et duas alias ſine viris: unam etiam vacuam ad Imbrum combuſſerunt.

103. Poſtea vero conjunctis et iis, *quas* ex Abydo *ſecum duxerant*, et aliis cum univerſis, ſex et octoginta, hoc ipſo die Elaeuntem oppugnaverunt: ſed cum *haec* deditionem facere nollet, Abydum redierunt. Athenienſes vero a *ſuis* ſpeculatoribus fruſtrati, et exiſtimantes hoſtium claſſem nequaquam clam ſe praeterituram: ſed per otium, moenia oppugnantes, poſtquam *hoſtes advenisse* cognoverunt, protinus omiſſa Ereſſo celeriter in Helleſpontum ad opem *loco periclitanti* ferendam accurrerunt. Duas autem Peloponneſiorum naves ceperunt, quae, tunc in hoſtibus audacius perſequendis in altum provectae, in ipſos inciderant. Poſtero die Elaeuntem profecti, ſtationem *illic* habuerunt, et ex Imbro *naves*, quotquot eo confugerant, receperunt, et quinque dies in proelii navalis apparatu conſumſerunt.

104. Poſtea vero navale proelium hoc modo commiſerunt. Athenienſes *quidem* acie in cornu inſtructa, ipſam oram lego-

ργʹ. Μετὰ δὲ τοῦτο, ταῖς τε ἐξ Ἀβύδου ξυμμιγείσαις καὶ ταῖς ἄλλαις ξυμπάσαις ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα πολιορκήσαντες Ἐλαιοῦντα ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς οὐ προσεχώρει, ἀπέπλευσαν ἐς Ἄβυδον. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ψευσθέντες τῶν σκοπῶν, καὶ οὐκ ἂν οἰόμενοι σφᾶς λαθεῖν τὸν παράπλουν τῶν πολεμίων νεῶν, ἀλλὰ καθ᾽ ἡσυχίαν τειχομαχοῦντες, ὡς ᾔσθοντο, εὐθὺς ἀπολιπόντες τὴν Ἐρεσὸν, κατὰ τάχος ἐβοήθουν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον· καὶ δύο τε ναῦς τῶν Πελοποννησίων αἱροῦσιν, αἳ πρὸς τὸ πέλαγος τότε θρασύτερον ἐν τῇ διώξει ἀπάρασαι, περιέπεσον αὐτοῖς. καὶ ἡμέρᾳ ὕστερον ἀφικόμενοι, ὁρμίζονται ἐς τὸν Ἐλαιοῦντα, καὶ τὰς ἐκ τῆς Ἴμβρου ὅσαι κατέφυγον κομίζονται· καὶ ἐς τὴν ναυμαχίαν πέντε ἡμέρας παρεσκευάζοντο.

ρδʹ. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐναυμάχουν τρόπῳ τοιῷδε. οἱ Ἀθηναῖοι παρέπλεον ἐπὶ κέρως ταξάμενοι παρ᾽ αὐτὴν τὴν γῆν, ἐπὶ τῆς

Σηςȣ· οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, αἰσθόμενοι ἐκ τῆς Ἀβύδȣ, ἀντανῆγον καὶ αὐτοί. καὶ ὡς ἔγνωσαν ναυμαχήσοντες, παρέτεινον τὸ κέρας, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι παρὰ τὴν Χερσόνησον, ἀρξάμενοι ἀπὸ Ἰδάκȣ μέχρι Ἀῤῥιανῶν, νῆες ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα· οἱ δ' αὖ Πελοποννήσιοι, [ὡς] ἀπὸ Ἀβύδȣ μέχρι Δαρδάνȣ, νῆες ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα. κέρας δὲ τοῖς μὲν Πελοποννησίοις εἶχον, τὸ μὲν δεξιὸν Συρακȣ́σιοι, τὸ δ' ἕτερον αὐτὸς Μίνδαρος, καὶ τῶν νεῶν αἱ ἄριςα πλέȣσαι· Ἀθηναίοις δὲ τὸ μὲν ἀριςερὸν Θράσυλλος, ὁ δὲ Θρασύβȣλος τὸ δεξιόν· οἱ δὲ ἄλλοι ςρατηγοὶ, ὡς ἑκάςοι διετάξαντο. ἐπειγομένων δὲ τῶν Πελοποννησίων πρότερόν [τε] ξυμμῖξαι, καὶ κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν τῶν Ἀθηναίων ὑπερσχόντες αὐτοὶ τῷ εὐωνύμῳ, ἀποκλεῖσαι τȣ̃ ἔξω αὐτȣ̀ς ἔκπλȣ, εἰ δύναιντο, κατὰ δὲ τὸ μέσον, ἐξῶσαι πρὸς τὴν γῆν, ȣ̓χ ἑκὰς ȣ̓̃σαν, οἱ Ἀθηναῖοι γνόντες, ᾗ μὲν ἐβȣ́λοντο ἀποφράξασθαι αὐτȣ̀ς οἱ ἐναντίοι, ἀντεπεξῆ-

bant, Seſtum verſus *navigantes*: Pelopon-neſii vero, cum *illorum adventum* ex Abydo cognoviſſent, et ipſi obviam *illis* prodierunt. Poſtquam autem *utrique* navale proelium commiſſum iri animadverterunt, cornua *claſſis* exporrexerunt: Athenienſes quidem, juxta Cherſoneſum, initio ducto ab Idaco usque ad Arrhiana, navibus ſex et octoginta: Peloponneſii vero contra, ab Abydo usque ad Dardanum, navibus octo et ſexaginta. Apud Peloponneſios autem cornu tenebant, dextrum quidem Syracuſani, alterum vero ipſe Mindarus, et velociſſimae quaeque naves; at apud Athenienſes, ſiniſtrum quidem Thraſyllus, Thraſybulus vero dextrum; caeteri vero duces in aſſignato quique loco ſteterunt. Cum autem Peloponneſii initium confligendi facere properarent, et dextrum quidem Athenienſium *cornu* ipſi *ſuo* ſiniſtro ſuperare, ac illos extrinſecus prodeundi facultate, ſi poſſent, intercludere *maturarent*, medium vero *agmen* ad terram non procul diſtantem propellere *ſtuderent*, Athenienſes hac re cognita, qua quidem parte adverſarii ipſos intercludere

volebant, obviam *illis* prodierunt, et navigationis *celeritate illos* ſuperabant: at ſiniſtrum ipſorum *cornu* promontorium, quod Cynoſſema appellatur, jam ſuperaverat. Hoc autem modo medium *ipſorum agmen*, ex infirmis ac diſſipatis navibus conſtabat, praeſertim quod *Athenienſes* minorem numerum haberent, et locus ille, qui circa Cynoſſema erat, acutum et angularem ambitum haberet, ita ut ea, quae in ulteriore illius parte fiebant, *ab his* conſpici non poſſent.

105. Peloponneſii igitur, impreſſione in medium facta, naves Athenienſium in ſiccum propulerunt, et in terram exſcenderunt proelio longe ſuperiores. Neque vero *huic* medio *navium agmini* ſuccurrere poterant, aut a dextro, qui cum Thraſybulo erant, prupter navium in ipſos ingruentium multitudinem, aut a ſiniſtro, qui cum Thraſyllo erant. Nam propter illud promontorium, quod Cynoſſema appellatur, *res ab ipſis* cerni non poterat, ſimul etiam Syracuſani, et caeteri, qui non pauciores numero poſt ipſos in acie ſtabant, illos prohibebant:

γῶν, καὶ περιεγίγνοντο τῷ πλῷ. τὸ δ' εὐώνυμον αὐτοῖς ὑπερεβεβλήκει ἤδη τὴν ἄκραν, ὃ Κυνὸς σῆμα καλεῖται. τῷ δὲ μέσῳ, τούτου ξυμβαίνοντος, ἀσθενέσι καὶ διεσπασμέναις ταῖς ναυσὶ καθίσαντο, ἄλλως τε καὶ ἐλάσσοσι χρώμενοι τὸ πλῆθος, καὶ τοῦ χωρίου τοῦ περὶ τὸ Κυνὸς σῆμα ὀξεῖαν καὶ γωνιώδη τὴν περιβολὴν ἔχοντος, ὥστε τὰ ἐν τῷ ἐπέκεινα αὐτοῦ γιγνόμενα μὴ κάτοπτα εἶναι.

ρε'. Προσπεσόντες οὖν οἱ Πελοποννήσιοι κατὰ τὸ μέσον, ἐξέωσάν τε ἐς τὸ ξηρὸν τὰς ναῦς τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἐς τὴν γῆν ἐπεξέβησαν, τῷ ἔργῳ πολὺ περισχόντες. ἀμῦναι δὲ τῷ μέσῳ οὔθ' οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ὑπὸ πλήθους τῶν ἐπικειμένων νεῶν ἐδύναντο, οὔθ' οἱ περὶ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου. ἀφανές τε γὰρ ἦν διὰ τὴν ἄκραν τὸ Κυνὸς σῆμα, καὶ ἅμα οἱ Συρακούσιοι, καὶ οἱ ἄλλοι οὐκ ἐλάσσους ἐπιτεταγμένοι, εἶργον αὐτούς· πρὶν οἱ Πε-

λοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκειν, ἤρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι. γνόντες δὲ οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον τὰς ἐπὶ σφίσι ναῦς ἐπεχούσας, παυσάμενοι τῆς ἐπεξαγωγῆς ἤδη τοῦ κέρως, καὶ ἐπαναστρέψαντες, εὐθὺς ἠμύνοντό τε καὶ τρέπουσι καὶ τὰς κατὰ τὸ νικῆσαν τῶν Πελοποννησίων μέρος ὑπολαβόντες πεπλανημένας, ἔκοπτόν τε, καὶ ἐς φόβον τὰς πλείους ἀμαχεὶ καθίστασαν. οἵ τε Συρακούσιοι ἐτύγχανον καὶ αὐτοὶ ἤδη τοῖς περὶ τὸν Θράσυλλον ἐνδεδωκότες, καὶ μᾶλλον ἐς φυγὴν ὁρμήσαντες, ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἑώρων.

ϛϛ'. Γεγενημένης δὲ τῆς τροπῆς, καὶ καταφυγόντων τῶν Πελοποννησίων πρὸς τὸν Πύδιον μάλιστα ποταμὸν τοπρῶτον, ὕστερον δὲ ἐς Ἄβυδον, ναῦς μὲν ὀλίγας ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι (στενὸς γὰρ ὢν ὁ Ἑλλήσποντος βραχείας τὰς ἀποφυγὰς τοῖς ἐναντίοις παρεῖχε) τὴν μέντοι νίκην ταύτην

donec Peloponneſii, dum victoria freti, ſecure alii aliam navem inſequerentur, quadam ſuae claſſis parte ordines ſolvere coeperunt. Thraſybulus autem, et qui cum eo erant, cum animadvertiſſent *hoſtium* naves ſibi oppoſitas, *curſum* inhibere, omiſſa jam contentione circumagendi cornu, et converſi, confeſtim *eas* repellunt, ac in fugam vertunt. Illas autem *naves* nacti, quae in victrici Peloponneſiorum parte diſperſae erant, ferire coeperunt, et *illarum* plerisque vel ſine proelio terrorem incuſſerunt. Syracuſani quoque et ipſi jam ceſſerant iis, qui cum Thraſyllo erant, et in fugam *eo* magis ſe conjecerunt, poſtquam alios etiam *fugere* viderunt.

106. Cum autem *hoſtes* in fugam verſi fuiſſent, et Peloponneſii primum *quidem* ad flumen Pydium praecipue confugiſſent, deinde vero Abydum, Athenienſes paucas quidem *illorum* naves ceperunt (Hellespontus enim, quod eſſet anguſtus, brevia hoſtibus effugia praebebat) hanc tamen navalis proe-

lii victoriam opportuniſſimam tunc obtinu-erunt. Cum enim ad eum usque diem formidarent Peloponneſiorum claſſem, cum propter clades paulatim *acceptas*, tum etiam propter calamitatem, *quae ipſis* in Sicilia contigerat, *jam* et ſe ipſos accuſare, et hoſtes in rebus nauticis jam magni-facere *de*ſierunt. Adverſariorum tamen *has* naves ceperunt, Chias quidem octo, Corinthias vero quinque, et Ambracioticas binas, et totidem Boeoticas, Leucadiorum vero et Lacedaemoniorum et Syracuſanorum et Pellenaeorum, ſingulas ſingulorum. Ipſi vero *Athenienſes* quindecim naves amiſerunt. Cum autem in promontorio, ubi erat Canis-ſepulcrum, tropaeum ſtatuiſſent, et naufragia ad ſe attraxiſſent, et hoſtibus cadavera fide publica interpoſita reddidiſſent, Athenas etiam victoriae nuntium triremi miſerunt. Illi vero, *qui Athenis erant*, cum *haec* navis *eo* perveniſſet, audita felicitate inſperata, propter clades, quae et circum Euboeam et per ſeditionem nuper *ipſis* contigerant, vehementer animo confirmati ſunt,

τῆς ναυμαχίας ἐπικαιροτάτην δὴ ἔχον· φοβούμενοι γὰρ τέως τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν, διά τε τὰ κατὰ βραχὺ σφάλματα, καὶ διὰ τὴν ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμφορὰν, ἀπηλλάγησαν τοῦ σφᾶς τε αὐτοὺς καταμέμφεσθαι, καὶ τοὺς πολεμίους ἔτι ἀξίους τοῦ ἐς τὰ ναυτικὰ νομίζειν. ναῦς μέντοι τῶν ἐναντίων λαμβάνουσι, Χίας μὲν ὀκτὼ, Κορινθίας δὲ πέντε, Αμπρακιώτιδας δὲ δύο, καὶ Βοιωτίας δύο, Λευκαδίων δὲ καὶ Λακεδαιμονίων καὶ Συρακουσίων καὶ Πελληναίων, μίαν ἑκάστων· αὐτοὶ δὲ πεντεκαίδεκα ναῦς ἀπολλύασι. στήσαντες δὲ τροπαῖον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ οὗ τὸ Κυνὸς σῆμα, καὶ τὰ ναυάγια προσαγαγόμενοι, καὶ τοὺς νεκροὺς τοῖς ἐναντίοις ὑποσπόνδους ἀποδόντες, ἀπέστειλαν καὶ ἐς τὰς Ἀθήνας τριήρη ἄγγελον τῆς νίκης. οἱ δὲ, ἀφικομένης τῆς νεὼς, καὶ ἀνέλπιστον τὴν εὐτυχίαν ἀκούσαντες, ἐπί τε ταῖς περὶ τὴν Εὔβοιαν ἄρτι ξυμφοραῖς καὶ κατὰ τὴν στάσιν γεγενημέναις πολὺ

ἐπεῤῥώσθησαν, καὶ ἐνόμισαν σφίσιν ἔτι δυνατὰ εἶναι τὰ πράγματα, ἢν προθύμως ἀντιλαμβάνωνται, περιγενέσθαι.

ρζ΄. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν ἡμέρᾳ τετάρτῃ ὑπὸ σπουδῆς ἐπισκευάσαντες τὰς ναῦς οἱ ἐν Σηστῷ Αθηναῖοι, ἐπέπλεον ἐπὶ Κύζικον ἀφεστηκυῖαν· καὶ κατιδόντες κατὰ Ἁρπάγιον καὶ Πρίαπον τὰς ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὀκτὼ ναῦς ὁρμούσας, ἐπιπλεύσαντες, καὶ μάχῃ κρατήσαντες τοὺς ἐν τῇ γῇ, ἔλαβον τὰς ναῦς. ἀφικόμενοι δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Κύζικον ἀτείχιστον οὖσαν, προσηγάγοντο πάλιν, καὶ χρήματα ἀνέπραξαν. ἔπλευσαν δὲ ἐν τούτῳ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι ἐκ τῆς Αβύδου ἐπὶ τὸν Ελαιοῦντα, καὶ τῶν σφετέρων νεῶν [τῶν] αἰχμαλώτων ὅσαι ἦσαν ὑγιεῖς ἐκομίσαντο, τὰς δὲ ἄλλας Ελαιούσιοι κατέκαυσαν, καὶ ἐς τὴν Εὔβοιαν ἀπέπεμψαν Ἱπποκράτην καὶ Επικλέα κομιοῦντας τὰς ἐκεῖθεν ναῦς.

ρη΄. Κατέπλευσε δὲ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς

et exiſtimarunt res ſuas adhuc (ſi impigre *eas* capeſſerent) ſuperiores evadere poſſe.

107. Quarto autem poſt hoc navale proelium die, Athenienſes, qui apud Seſtum erant, navibus properanter refectis, navigarunt adverſos Cyzicum, quae *ab ipſis* defecerat. Conſpicati autem illas octo naves a Byzantio *reverſas*, quae ad Harpagium et Priapum in ſtatione ſtabant, *illuc* infeſta claſſe profecti, proelioque ſuperatis iis, qui erant in terra, naves illas ceperunt. Cum autem ad Cyzicum nullis muris munitam perveniſſent, *eam* rurſus in ſuam poteſtatem redegerunt, et pecunias *ab oppidanis* exegerunt. Interea vero et Peloponneſi ex Abydo adverſus Eleuntem navigarunt, et ſuas naves captivas, quotquot erant integrae, receperunt, (caeteras enim Elaeuſii concremarant) et Hippocratem et Epiclem in Euboeam miſerunt, ut illas naves, *quae illic erant*, illinc adducerent.

108. Per haec eadem tempora Alcibia-

des etiam cum illis tredecim navibus, *quas ſecum duxerat*, e Cauno et Phaſelide Samum rediit, nuntians ſe Phoeniſſas naves avertiſſe, ne ad Peloponneſios irent, et effeciſſe, ut Tiſſaphernes in Athenienſium benevolentiam propenſior eſſet quam ante. Inſtructis autem praeter eas, quas habebat, novem navibus, ingentem pecuniam ab Halicarnaſſeis exegit, et Con munire coepit. His autem peractis, *et* magiſtratibus ibi conſtitutis, Samum jam ſub autumnum rediit. Et Tiſſaphernes, cum audiſſet Peloponneſiorum claſſem e Mileto in Helleſpontum profectam, ex Aſpendo ſolvens in Ioniam properavit. Dum autem Peloponneſii in Helleſponto eſſent, Antandrii (ſunt autem Aeoles) gravis armaturae milites ex Abydo per montem Idam itinere pedeſtri clam deductos in urbem introduxerunt, quod ab Arſaco Perſa, Tiſſaphernis praefecto, injuria afficerentur, qui Delios quoque (qui

χρόνυς τύτυς ϗ ὁ Αλκιϐιάδης ταῖς τρισὶ ϗ δέκα ναυσὶν ἀπὸ τῆς Καύνυ ϗ Φασήλιδος ἐς τὴν Σάμον, ἀγγέλλων ὅτι τάς τε Φοινίασας ναῦς ἀποτρέψειε Πελοποννησίοις ὥςε μὴ ἐλθεῖν, ϗ τὸν Τισαφέρνην ὅτι φίλον πεποιήκοι μᾶλλον Αθηναίοις ἢ πρότερον, καὶ πληρώσας ναῦς ἐννέα πρὸς αἷς εἶχεν, Ἁλικαρνασέας τε πολλὰ χρήματα ἐξέπραξε, καὶ Κῶν ἐτείχιζε. ταῦτα δὲ πράξας, ἄρχοντας ἐν τῇ Κῷ καταςήσας, πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη ἐς τὴν Σάμον κατέπλευσε. καὶ ὁ Τισαφέρνης ἀπὸ τῆς Ασπένδυ, ὡς ἐπύθετο τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐκ τῆς Μιλήτυ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πεπλευκυίας, ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τὺς Ιωνας. ὄντων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, Αντάνδριοι (εἰσὶ δὲ Αἰολεῖς) παρακομισάμενοι ἐκ τῆς Αϐύδυ πεζῇ διὰ τῆς Ιδης τῦ ὄρυς ὁπλίτας, ἐσηγάγοντο ἐς τὴν πόλιν, ὑπὸ Αρσάκυ τῦ Πέρσυ Τισαφέρνυς ὑπαρ-

χου ἀδικούμενοι, ὥσπερ καὶ Δηλίους τοὺς Ἀτραμύττιον οἰκήσαντας, ὅτε ὑπ' Ἀθηναίων Δήλου καθάρσεως ἕνεκα ἀνέστησαν, ἔχθραν προσποιησάμενος ἄδηλον, καὶ ἐπαγγείλας στρατιὰν αὐτῶν τοῖς βελτίστοις, ἐξαγαγὼν ὡς ἐπὶ φιλίᾳ καὶ ξυμμαχίᾳ, τηρήσας ἀριστοποιουμένους, καὶ περιστήσας τοὺς ἑαυτοῦ, κατηκόντισε. φοβούμενοι οὖν αὐτὸν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον μήποτε καὶ περὶ σφᾶς τι παρανομήσῃ, καὶ ἄλλα ἐπιβάλλοντος αὐτοῦ ἃ φέρειν οὐκ ἠδύναντο, ἐκβάλλουσι τοὺς φρουροὺς αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως.

ρθ'. Ὁ δὲ Τισσαφέρνης, αἰσθόμενος καὶ τοῦτο τῶν Πελοποννησίων τὸ ἔργον, καὶ οὐ μόνον τὸ ἐν Μιλήτῳ καὶ Κνίδῳ (καὶ ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῦ ἐξεπεπτώκεσαν οἱ φρουροὶ) διαβεβλῆσθαί τε νομίσας αὐτοῖς σφόδρα, καὶ δείσας μὴ καὶ ἄλλο τι ἐπιβλάπτωσι, καὶ ἅμα ἀχθόμενος εἰ Φαρνάβαζος ἐξ ἐλάσσονος χρόνου καὶ δαπάνης δεξάμενος αὐτοὺς, κατορθώσει τι μᾶλλον τῶν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους,

Atramyttiam incolebant, quo tempore ab Athenienſibus, Deli luſtrandae cauſa, ſuis ſedibus pulſi fuerunt,) occulto odio diſſimulato, et illorum praeſtantiſſimis quibusque indicta expeditione, per amicitiae ac ſocietatis ſpeciem eductos, cum *eos* prandentes obſervaſſet, ac ſuorum manu circumdediſſet, ſagittis confixerat. Cum igitur *Antandrii* propter hoc facinus, ipſum formidarent, *ac vererentur*, ne quid *is* in ſe quoque aliquando ſcelerate perpetraret, cum etiam idem alia imponeret, quae ferre non poterant, ejus praeſidium ex arce ejecerunt.

109. Tiſſaphernes vero, cum hoc quoque Peloponneſiorum facinus audiſſet, nec id ſolum, quod in Mileto et Cnido fecerant (nam hinc etiam ipſius praeſidia fuerant ejecta) exiſtimans ſe inſigni contumelia ab ipſis affectum fuiſſe, veritusque ne quo alio praeterea damno *ſe* afficerent, ſimul etiam aegre ferens, ſi Pharnabazus minore et tempore et ſumtu conductis ipſis *Peloponneſiis* aliquid felicius adverſus Athenienſes gere-

ter, ad ipſos in Helleſpontum proficiſci ſtatuit, ut expoſtularet de rebus, quas ad Antandrum geſſiſſent, et crimina *ſibi ab illis objecta* dilueret, ac de Phoeniſſis navibus aliisque *rebus*, quam honeſtiſſime ſe purgaret. Ac primum Epheſum profectus, Dianae ſacrificium fecit. Quum *autem* hyems hanc aeſtatem inſequuta finietur, primus etiam ac viceſimus annus finietur.

FINIS.

πορεύεσθαι διενοεῖτο πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, ὅπως μέμψηταί τε τῶν περὶ τὴν Ἄντανδρον γεγενημένων, καὶ τὰς διαβολὰς, καὶ περὶ τῶν Φοινίσσων νεῶν καὶ τῶν ἄλλων ὡς εὐπρεπέστατα ἀπολογήσηται. καὶ ἀφικόμενος πρῶτον ἐς Ἔφεσον, θυσίαν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι. ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἓν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται.

ΤΕΛΟΣ.